Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-40419-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-40419-p0002-4

2 913.

# CHRISTOPHORI PHILIPPI RICHTERI, ICTI, ETC.

# Rechtliche Bedencken

## Uber hier nachfolgende Fragen

I.

**Ob und welcher Geſtalt ſo wohl vor der Landesfürſtlichen hohen Obrigkeit zu Altenburg/ und dero löblichen Regierung/ als dem geſambten Hoff-gericht zu Jehna/ die Herrn Graffen zu Waldeck conveniret und belanget werden können/ und doſelbſt zu ſte-hen und Recht zu nehmen ſchuldig?**

II.

Utrum Comites, Barones & Nobiles, qui tam ratione perſonæ, quàm bonorum immediatè Imperio ſubſunt, dem H. Römiſchen Reich ohne Mittel unterworffen/ & tamen bona non quidem Imperii, ſed Feudali jure à Sereniſs. Electore, vel Duce aliquo Saxoniæ recognoſcunt, eaq; vel ipſimet, vel per Præfectos ac domeſticos ſuos poſſident, reſpectu illorum, in Provinciis Saxonicis forum ſortiantur ita, ut tàm in actionibus realibus, quàm perſonalibus coram judicio Aulico & Curiali, ſo wohl für der Regierung/ als dem Hoff-gericht/ conveniri poſſint, ac ibidem ſtare teneantur?

---

ANNO M. D. C. LXVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-40419-p0003-9

*I. N. D. N. J. C. A.*

I.

# CONSILIUM
*SIVE*
# INFORMATIO
# JURIS,

## Ob und welcher Geſtalt ſo Wohl vor der Landesfürſtlichen hohen Obrigkeit zu Altenburg / und dero löblichen Regierung / als dem geſambten Hoffgericht zu Jehna / die Herrn Graffen zu Waldeck convenitet und belanget werden können / und doſelbſt zu ſtehen / und Recht zu nehmen ſchuldig?

*SUMMARIA.*

1. *Facti ſpecies recenſetur.*
2. *Quæſtio, ex facto reſultans, proponitur.*
3. *Adductis quibusdam dubitandi rationibus deciditur.*
4. *Rationes decidendi adducuntur, & primò quidem, quod quis,*

 *reſpectu*

reſpectu diverſorum bonorum, plures & diverſos Dominos agnoſcere, illisq; ſubeſſe poſſit.

5. Dantur in Imperio noſtro multi Status immediati, qvi tamen reſpectu certorum bonorum alii Principi ſubjecti ſunt. n. 8.

6. Abſurdum non eſt, aliqvem, reſpectu unius, in libertate &, reſpectu alterius, in ſervitute eſſe.

7. In uno eodemq; homine diverſæ concurrere poſſunt qvalitates, qvæ diverſos operantur effectus.

8. Notorium eſt, aliquem ſimul immediatè Imperio ſubeſſe, & Landſaſſium alicujus Principis exiſtere poſſe, diverſo tamen reſpectu. n. 5,

9. In ſpecie de Dnn. Comitibus à Waldeck. quær. an & hi ſimul immediatè Imperio, &, reſpectu bonorum, Sereniß. Principibus Saxon. ſubeſſe poſſint?

10. Hæc quæſtio affirmatur, & latè per varia & indubitata jura confirmatur.

11. Præcipuus & potiſſimus actus conferendi territorium, eiq; annexam ſuperioritatem, eſt conceſſio & inveſtitura Imperatoris.

12. Qvid ſit ſuperioritas & jurisdictio territorialis?

13. Principes, vigore juris territorialis, non ſolùm in ſuo territorio, ſed etiam in territorii finibus, qvoad omnem jurisdictionis ſpeciem, fundatam intentionem habent.

14. Juris territorialis effectus eſt, quod poſito Principe, jure territoriali munito, neceſſariò pro Landſaſſiis & ſubditis habeantur, qvi in territorio Principis continentur.

15. Landes-Obrigkeit & Landſaß ſunt correlativa, & tanqvam activum & paſſivum ſe invicem reſpiciunt.

16. Landſaſſius eſt homo jurisdictionalis, cui in omnibus mandari & præcipi poteſt.

17. Qvi territorium univerſale habent, in omni ſuperioritatis ſpecie &

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-40419-p0006-6

*& jure fundatam habent intentionem in omnes Landſaſſios & ſubditos, & in omnes in ſuo territorio exortas cauſarum ſpecies, civiles & Criminales, reales & perſonales, judicii tàm petitorii, qvàm poſſeſſorii.*

18. *Juramentum ſubjectionis, ab aliqvo præſtitum, utiq; ſubjectionis indicium eſt.*

19. *Qvi ſe obligat ad obedientiam, is non ſolùm bona, ſed etiam perſonam obligat.*

20. *Hoc in ſpecie ad Dnn. Comites à Waldeck applicatur.*

21. *Homagii præſtatio & receptio pro primo ſubjectionis & jurisdictionis territorialis actu habetur, in qvo prima agnitio & confeſsio ſubjectionis conſiſtit.*

22. *Ex homagii formula ſubjectio probari poteſt.*

23. *Secundus actus jurisdictionis territorialis & ſubjectionis conſiſtit in poteſtate convocandi ad comitia provincialia, & Landſaſſiorum comparandi neceſſitate.*

24. *Tertius actus territorialis jurisdictionis & ſubjectionis conſiſtit in onerum provincialium exactione & præſtatione.*

25. *Qvartus actus, jurisdictionem territorialem & ſubjectionem probans, conſiſtit in legum provincialium promulgatione, diverſorumq; judiciorum conſtitutione.*

26. *Camera qvoq; Imperialis ſecundum peculiares Principis cujusdam conſtitutiones ſubditos ipſius judicare debet.*

27. *Qvintus actus jurisdictionem territorialem & ſubjectionem inferens, eſt juſtitiæ adminiſtratio & in judiciis comparitio. num. 30.*

28. *Subditi tenentur comparere in tribunali Dominorum territorialium mediato atq; immediato, tàm in perſonalibus, qvàm realibus, activè & paſſivè.*

29. *In Saxonia Comites & Barones, etiam alibi bona ſita habentes, conveniri poſſunt in perſonalibus & realibus.*

30. *Subjectio firmiter probatur ex juſtitiæ adminiſtratione, qvando ſc. qvis in judicio comparet, & juſtitiam ſibi adminiſtrari patitur.*

31. *Rejicitur differentia inter Landſaſſium, qvi bona qvidem alicubi poſſidet, ibi tamen domicilium nunqvam conſtituit, & inter illum, qvi bona & domicilium ſimul qvodam in loco habet.*

32. *Allegatur locus Ordinationis Curiæ Provinc. Jenenſ. tractans comparendi neceſſitatem in dicta Curia.*

33. *Dedecet ſubditum in dubium vocare & ſiniſtrè interpretari ſui ſuperioris conſtitutiones & mandata.*

34. *Sextus jurisdictionis territorialis & ſubjectionis actus eſt Appellatio.*

35. *Appellationes diriguntur ab inferiore ad ſuperiorem.*

36. *Septimus jurisdictionem territorialem & ſubjectionem probandi modus, eſt citatio & comparitio.*

37. *In foro Sax. contra Comites, Barones & alios immediatos tàm in realibus, qvàm perſonalibus proceſſus fuerunt inſtituti & abſoluti, ſententiæ latæ & executiones decretæ, ita, ut absqve dubio firmiſſima de hoc puncto inducta fuerit conſvetudo.*

38. *Hæc conſvetudo ſemper in viridi fuit obſervantia, ut juxta illam meritò controverſiæ, huc pertinentes, decidi debeant.*

## SPECIES FACTI.

ES hat der Durchlauchtigſte / Hochgebor-
ne Fürſt und Herr / Herr Johannes / Fürſt
1. zu Anhalt / Graf zu Aſcanien / Herr zu Zerbſt /
Bernburg / Jever und Kniphauſen ꝛc. bey
dem Fürſtl. Sächſ. geſambten Hof-Gericht
zu Jehna den 14. Octobr. An. 1658. durch
ſeinen hierzu beſtellten Hofgerichts Anwald /
Werner

Werner Francken / wider Herrn Johann / Herrn Chriſtian Ludwigen / und Herrn Joſiam / Gevettern und Gebrüdere / Grafen zu Waldeck / Pyrmond / und Culenburg / Herrn zu Tonna / rc. eine Schuldklage uff 6000. Thal. hoch / erheben und anſtellen laſſen worauff gewöhnliche citationes zu Güte und Recht erkandt und ausgefertiget / auch in termino den 1. Dec. d. An. die Klage / Vermöge des Hofgerichts Styli, von Mund aus in die feder einbracht / und / weiln Herren Beklagte nicht erſchienen / ihr dißfalls begangener Ungehorſam accuſirt, und den 4. ejusdem Menſis dieſes Urtel publicirt und eröffnet worden / daß Herrn Beklagte / nach anderweit peremptoriſcher Ladung / zu erſcheinen / und / dem Hof-Gerichts Stylo gemäß / von Mund aus in die feder ihre Nothdurfft einzubringen verbunden / dahero und weilen ſolche ſentenz Crafft Rechtens erreichet / klagender Anwald den 8. Jan. 1659. anderweit umb Tagfahrt angeſucht / und / uff vorgangene citation ſub dato 14. d. Menſ. & Anni, im Hofgericht Oculi den 2. Mart. 1659. dem pronunciato folge zu leiſten gebeten / die Gräfl. Waldeck. Beambte zu Tonna unterſchiedliche exceptiones eingewendet und gebeten / in Rechten zu erkennen und auszuſprechen: Würde Kläger die Gräfl. Herrn Beklagte gebührender Maſſen und zwar ſubſidiariè, im Fall er bey der Herrſchafft Tonna wegen der Lehn erweißlichen intereſſirt, citiren / und ihnen die citation inſinuiren laſſen / ſo weren dieſelbe alhier zu erſcheinen / und ſich einzulaſſen / zuvorhero aber Kläger die verurſachten Unkoſten dieſes Termins / auff vorgehende liqvidation und erfolgte Hofrichterliche moderation, Beklagten zu erſtatten verbunden. Als nun der Beklagten Affter-Anwald die geſonnene cautionem rati, gewöhnlicher maſſen / angelobet / beede Theil mit dreyen umbgewechſelten Geſetzen ihre Nothurfft einbracht / und zum Urtel beſchloſ-

ſen /

ſen/ iſt ſolches den 11. Mart. circa horam 10. antemerid. dieſes Inhalts publiciret und eröffnet worden: Daß Herren Beklagte/ beſchehenen Einwendens ungeachtet/ alhier zu erſcheinen/ und die ſub lit. A. & B. producirte documenta zu recognoſciren/ oder eydlichen zu diffitiren ſchuldig/ mit Verwarnung/ daß in Verbleibung deſſen/ dieſelbe pro recognitis gehalten werden ſollen/ auch/ weil ſolches anietzo verblieben/ ſie die Unkoſten dieſes Termins/ uff HoffRichterliche moderation, Klägern zu erſtatten verbunden/ von R. W.

Dawider Beklagter ſubſtituirter Anwald den 14. Mart. eine Leuterung eingewendet/ und/ nach erlangter Citation, im Hofgerichts Termin Viti, umb dilation, zur Leuterungs proſecution gebeten/ auch biß auff künfftiges Hofgericht Egidii/ iedoch bey Verluſt derſelben/ & cum refuſione expenſarum, erhalten/ ſo dann die Leuterungs proſecution den 31. Auguſti Anno 1659. einbracht/ umb fernere dilation angeſucht/ und zu Rechtlichem Erkändtnüß ſubmittirt. Nach deme aber Leuterat ſolche nicht verwilligen wollen/ ſondern das vorige Rechtskräfftige Urtel urgirt/ und die Leuterung vor deſert zu erkennen gebeten/ auch die Gräfliche Frau Wittib/ Frau Anna Catharina/ Gräfin zu Waldeck/ in Vormundſchafft ihrer Herren Söhne/ H. Chriſtian Ludwig und Joſiaſſen/ Grafen zu Waldeck/ eine Vollmacht/ ad acta bringen laſſen/ unter andern diß Inhalts/ daß der Actor Brieff und Siegel/ ſalvis exceptionibus, recognoſciren/ habende exceptiones dawider gebührend anführen/ und was der Sachen Nothdurfft/ Stylus, obſervanz und citationes iedesmahls erfordern/ einbringen und thun ſolle und möge/ iſt den 8. Septembris poſt horam ſecundam pomeridianam dieſe Sententz publicirt worden/ daß die eingewendete Leuterung vor deſert und erloſchen zu achten ꝛc. Davon an den Durchleuchtigſten/

ſten/Hochgebornen Fürſten und Herrn/ Herrn Friederich Wilhelm/Hertzogen zu Sachſen/Jülich/Cleve und Berg/(tot. Tit.) der Gräfliche Waldeckiſche conſtituirter Actor und Anwald/ eine Appellation den 16. Septembris interponirt, klagender Gegen-Anwald aber darwider den 23. ejusdem proteſtirt, auch das Löbliche Hof-Gericht der Appellation zu deferiren Bedencken getragen/ und den gantzen Verlauff/ auch die Beſchaffenheit der Sachen/höchſtgedacht Ihrer Fürſtl. Durchl. den 24. Septembris unterthänigſt zu erkennen gegeben/ worauff dieſelbe den 24. Octobris hernach gnädigſt reſcribirt/ weil in der Sachen noch zur Zeit nicht Hauptſächlich/ ſondern allein interlocutoriè geſprochen/ und/nach Inhalt der Hoffgerichts-Ordnung/dergleichen Appellationes nicht zuläßlich/ſo trügen Ihre Fürſtl. Durchl. wider ſolche Ordnung und den Lauff des gewöhnlichen Proceſsûs etwas zu verſtatten/ nicht unbillich Bedencken/ und könten geſchehen laſſen/ daß gedachter Grafen Anwald darauf/der Gebühr nach/beſcheiden werden möchte/begehrten aber dabey gnädigſt denſelben/ bey Verfolgung des Proceſsûs, mit ſeinen itzigen/ und/ noch künfftig einwendenden Exceptionen nochmahls mit Fleiß in acht zu nehmen/und ſeine Principalen, ſonderlich wegen ihrer Abweſenheit/ und theils prætendirten Unmündigkeit/nicht übereilen zu laſſen. Uf ſolche gnädigſte remiſſoriales hat der Fürſtliche Anhaltiſche Anwald umb citationes, zu Folge-Leiſtung des in termino Oculi Rechtskräfftigen Urtels/wieder angeſucht/der Gräfliche Waldeckiſche Gegen-Anwald aber exceptionem termini anguſti opponirt/ Herrn Graff Johannis abſentz angezogen/ und ſeine Grädige Herren Principales gebührend citiren zu laſſen gebetē. Nach beederſeits Rechtlichem Einbringen/iſt im Hofgerichte Adventûs d. Anni 1659. dieſes Urtel erfolgt: Daß Beklagter/ nach

anderweit peremptoriſcher Ladung / beſchehenen Einwendens ungehindert / zu erſcheinen / und dem im Hofgericht Oculi dieſes 1659. Jahrs publicirten Urtel folge zu leiſten / nochmahls ſchuldig / von Rechtswegen.

Und ob wohl klagender Anwald abermahls den 4. Januarii 1660. zu Folge Leiſtung deſſen / umb citation angeſucht / dieſelbe auch den 7. ejusdem an beede Theil erfolgt und abgangen / auch der inſinuation wegen eine recognition vom Ampt Tonna / unter der ſubſcription des Gräflichen Waldeckiſchen Ambtmanns / Jacob Friederich Zieglers / ad acta gebracht worden / dennoch aber und weiln aus dem Käyſerlichen und des H. Röm. Reichs hochlöblichen Cammergericht zu Speyer ein Mandatum caſſatorium & inhibitorium ſine clauſula, à parte Waldeck / contra Anhalt & Conſortes, ertheilet / und den 27. Januarii ſtyl. vet. 1660. inſinuiret wordẽ / ſo iſt in dem Fürſtl. Sächſiſch. geſambten Hofgericht zu Jehna ferner nichts geſucht / noch angeordnet / ſondern allein in hochgedachtem Judicio Imperiali dieſe controvers movirt / ventiliret und diſputiret worden /
2. ob in dem Fürſtlichen Sächſiſchen geſambten Hofgericht zu Jehna / zuförderſt aber vor höchſtgedacht Ihrer Fürſtlichen Durchleuchtigkeit / und dero Löblichen Regierung zu Altenburg / wegen inhabender Herrſchafft Tonna / und dahero abgelegten Lehnspflicht / auch geleiſteten juramenti ſubjectionis, und ausgefertigten Reverſalen / hoch-wohlgedachte Herren Grafen zu Waldeck / in actionibus tàm perſonalibus, qvàm realibus, paſſivè zu ſtehen und zu antworten ſchuldig und verbunden?

3. Wiewohl nun offternante Herren Grafen zu Waldeck / in ihrer Supplication, fürnemblich urgirt / daß ſie / als unmittelbare Stände des Heiligen Römiſchen Reichs / an eines andern Chur-oder Fürſten Hoff / oder Gericht / dem Heiligen Reich zu

Abbruch

Abbruch/ und ihrem immediat-Stand zu nicht geringem præjuditz, actione merè perſonali nicht beſprochen werden könten/ ſondern die Cammergerichts Jurisdiction, ex notoria immedietate & reſpectivè cauſæ continentia, zur Gnüge gegründet ſeye. So iſt doch hierauff wegen höchſtgedacht Ihrer Fürſtl. Durchl. in denen eingegebenen Schrifften und Producten vielfältig und ausführlich geantwortet worden/ daß man im F. S. geſambten Hofgericht zu Jehna mit wohlermeldten Herrn Grafen/ als immediat-Ständen des Heiligen Römiſchen Reichs/ nichts zu thun gehabt/ noch etwas angeordnet/ befohlen/ judiciret und erkandt habe/ ſondern einig und allein dieſelbe/ als F. S. Vaſallen/ Landſaſſen und Unterthanen/ conſideriret/ die ergangene citationes, Urtel und Befehl zu Tonna/ ſo Fürſtl. Sächſiſch. unſtreitiges Lehen/ und im Fürſtlichen Sächſiſchen Altenburgiſchen Territorio und Landen notoriè gelegen/ durch geſchworne und verpflichtete Hofgerichts-Boten inſinuiren/ und darüber gehörige relationes ad acta bringen laſſen.

Es iſt auch aus vielen hochberümten Rechtslehrern und geweſenen Aſſeſſorn in dem Auguſtiſſimo Camerali Judicio in Druck gefertigten Tractaten ſtattlich bewehret und dargethan worden/ jure communi cautum & receptum, & præſertim in Imperio Romano uſitatum eſſe, qvod qvis reſpectu diverſorum bonorum alii atq; alii Jurisdictioni ſubeſſe, ac plures & diverſos Dominos agnoſcere poſſit. 4.

*Joh. Meichsner. quondam Cameræ Imp. Adſeſſor celeberr. Deciſion. Cameral. tom. 3. deciſ. 6. n. 53. & ſeqq. Andr. Gail. itidem laudatiß. Judicii Adſeſſor famigeratiſſ. Tract. de Arreſtis Imp. c. 6. num. 14. ubi perſpicuis verbis adſtruit, quod Status duplicem perſonam diverſis reſpectibus ſuſtineat, & repræſentet, unam Imperialem, alteram Municipalem ſive Provin-*

*vincialem: idque utrobiq; æquè principaliter. Poſſe autem unum eundemq; hominem, diverſis reſpectibus & qualitatibus, duplicem perſonam repræſentare, diverſoq; jure cenſeri, in jure & Imperio illuſtribus exemplis & teſtimoniis notum & comprobatum eſt, quorum etiam nonnulla recenſet prælaudatus Autor d. l. n. 15.*

5. Præterea notorium eſſe per totam Germaniam,

*Id. ibid. num. 16.*

atteſtatur, qvod multi ſint in Imperio Comites & Barones, qui etſi feuda dignitatum & nobilia ab Imperatore recognoſcant, ideoqve inter Status & Ordines Imperii referantur, tamen, qvia in aliorum Principum Provinciis dominia qvoqve & domicilia ſua habeant, eorum reſpectu pro ſubditis illorum Principum indubitatè habeantur, & proïndè ad onera & munera taliumProvinciarum æqvè atq; alii Provinciales teneantur, ut in Auſtria, Bavaria, Saxonia, Marchia, Haſſia, & aliis Provinciis tàm Eccleſiaſticorum, qvàm Secularium Statuum perſonis perſpicuum. Sed qvid opus longa & ſolicita Exemplorum enarratione? Res eſt, publica Imperii lege in Comitiis Auguſtanis An. 1548. §. Wiewohl auch in Regierungs-Handlung / & in §. Aber der Graffen / apertè deciſa, ſicuti in ſpecie de Comitibus à Tübingen ibidem videre eſt. Prædictam qvoque diſtinctionem jure probari, multis exemplis declarant

*Textus & Dd. à Gail. d. l. citati.*

6. Neqve contraria, vel abſurda eſſe, qvod aliqvis ſit, reſpectu unius in libertate, & reſpectu alterius, in ſervitute, cùm ſeparatorum ſeparata ſit ratio,

*Id. ibid. confirmat. n. 17.*

7. Et qvod in uno eodemq; homine diverſæ qvalitates concurrere

rere poſſint, qvarum effectus ſit, ut talis perſona loco plurium habeatur, idq; in multis exemplis Imperii patere,

*Id. demonſtrat. d. l. n. 18. ex qvo Autore hæc omnia ſunt deſumpta.*

Dergleichen Authores und Zeugnüß köndten vielmehr adduciret/beygebracht/und obige diſtinction überflüſſig erhärtet werden/wenn es die Nothdurfft erforderte/ und es nicht ohne das gnugſam bekandt wäre/qvod ſc. qvis eſſe poſſit ſimul immediatè ſub Imperio, & Landſaſſius alicujus Principis, diverſo tamen reſpectu, uti teſtantur 8.

*Acta* Ortenburg *contra* Beiern/ *Gylman. deciſ. 46. lib. 1. per tot. Schvvanman. obſerv. fin. deciſ. 10. fol. 115. Paul. Matth. Wehner. pract. obſerv. ſub voc.* Landes-oder Erb-huldigung.

Fundata igitur hac diſtinctione, iſt nunmehro welters zu ge- 9.
hen/ob bey denen Herren Grafen zu Waldeck dergleichen Unterſcheid und diverſus reſpectus anzutreffen/ und dieſelbe nicht allein pro immediatis Imperii Statibus, ſondern auch vor Landſaſſen/Land-Stände und Unterthanen des Hochlöbl. Fürſtenthumbs Altenburg zu achten/ und do ſichs alſo befindet/dieſelbe das jenige/ was allen andern gehorſamen Land-Ständen/ Landſaſſen und Unterthanen oblieget/wohl anſtehet und gebühret/ zu præſtiren und zu leiſten verbunden?

Daß nun wohlermelte Herren Grafen zu Waldeck/ vor 10.
Fürſtl. Sächſ. Altenburgiſche Vaſallen/ Landſaſſen und Unterthanen/ unſtreitig zu halten/ erſcheinet/(1) ex acqviſitione & conceſſione juris territorialis; denn unter andern bezeugen es die Käyſerl. Lehnbrieffe/daß höchſtgedacht Ihre Fürſtl. Durchl. mit dem Fürſtenthſimb und dazu gehörigen Landen Altenburg gnädigſt belehnet worden.

11. Præcipuus autem & potiſſimus modus conferendi territorium, eiq; annexam ſuperioritatem, eſt conceſſio ſummi Principis per modum feudalis beneficii & inveſtituræ, ſub nomine & qvalitate der Landesfürſtlichen Obrigkeit / oder der Landes Hohen Ober- und Herrligkeit.

*Petr. Gregor. de conceſſ. feudal. qvæſt. 8. part. 1. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 125. Andr. Knichen. de ſublim. & reg. territor. jur. c. 1. n. 306. & ſeq.* Reinking. *de regim ſec. & Eccleſ. libr. 1. claſſ. 5. cap. 2. n. 9.*

12. (2) Ex ſublimi & univerſali Jurisdictione; Superioritas enim & jurisdictio territorialis, die Landesfürſtliche / oder Landes Hohe Obrigkeit / nihil aliud eſt, qvàm jus & exercitium ſummi, poſt Imperatorem, imperii, eiqve annexorum regalium, qvod in omnes territorii iſtius ſeptis incluſos homines, tanqvam ſubditos, regulari juris præſumptione, competit, donec probetur exemptio, privilegio, vel qvod ei æqvivalet, immemoriali tempore qvæſita, ex notoria rei evidentia, vel teſtibus, vel documentis.

Reinking. *d. tr. cap. 3. n. 3.*

13. Et Principes, vigore juris territorialis, etiam in finibus territorii fundatam habere intentionem qvoad omnem jurisdictionis ſpeciem; ſiqvidem poteſtatis jura ad eum ſpectare cenſentur, cui fines magis adjacent, atqve jura ſuperioritatis ad eum pertinere, cujus territorium limites attingunt, ex multis aliis ſolidè deducit

*Ziegler. comm. concl. ad aur. pr. Calvol. § Landſaſſii. d. concluſ. 1. n. 25. & ſeq.*

Et qvæcunqve intra territorii ſepta continentur, ea in fide & patrocinio Domini illius eſſe præſumuntur.

*Meichsner. tom. 3. deciſ. 23. n. 20. Mynſing. conſ. 16. n. 35. & plures, citati à Ziegler. d. l. n. 23.*

(3) Ex univerſalis & territorialis jurisdictionis jure, effectu, 14
atqve uſurpatione. Denn weiln Ihrer Fürſtl. Durchl. die Altenburgiſche Lande und Fürſtenthumb notoriè zuſtehen / und ſie ſich derſelben durch GOttes Gnade bißhero geruhig gebraucht / ſo folget neceſſariò, daß derſelben auch die darinnen befindliche Stände / Landſaſſen / und Unterthanen unwiderſprechlich zuſtehen. Correlativa enim ſunt, Landesfürſt und Landſaſſen / Landesfürſtliche Obrigkeit und Landſäſſerey.

*Meichſner. Deciſ. Cameral. tom. 2. p. 2. deciſ. 8. n. 4. Wehner. d. l. ſub voc.* Landesfürſtliche Obrigkeit. *Andr. Knichen. in Encyclopæd. cap. 3.*

Et Landſaß und Landes-Obrigkeit / tanqvam activum & paſ- 15.
ſivum, ſe mutuò reſpicere, ex aliis, ſc.

*Schvvanem. deciſ. Camer. 1. n. 6. VVehner. d. l. Gail. 1. obſ. 21. n. 1.* Joh. *Bidenbach. qvæſt. nobil. 1. n. 5. probat Caſpar. Ziegler. comm. concluſ. ad aur. prax. Nic. Calvoli. §. Landſaſſii. concl. 1. n. 12.*

Qvo etiam intuitu Landſaſſen nihil aliud eſſe, qvàm homi- 16.
nem jurisdictionalem, cui in omnibus mandari & præcipi poſſit, confirmat

*Id. ibid. n. 14. ubi pro ſe allegat Gylmann. lib. 1. Deciſ. Cameral. 46. n. 32. Rutger. Ruland. in vot. 8. n. 34. poſt tractatum Valaſci de jure Emphyteut.*

Atqve eos, qvi territorium univerſale habent, in omni ſupe- 17.
rioritatis atqve Jurisdictionis jure fundatam habere intentionem in omnes Landſaſſios & Subditos, & in omnes in ſuo territorio exortas cauſarum ſpecies, civiles & criminales, Reales & perſonales, judicii tàm petitorii qvàm poſſeſſorii, pateſcit

*ex l. 1. ff. de offic. præfect. Urb. Valaſc. d. tr. q. 8. n. 21. Andr. Kni-*

*Knichen. d. tr. cap. 1. Jacob. Thoming. p. 1. conſil. 24. q. 2. n. 9. & ſeqq. Ziegler. d. concluſ. 1. n. 22.*

18 (4) ex juramenti tàm fidelitatis, qvàm ſubjectionis præſtatione, aus denen von offtwohlermeldten Herren Grafen zu Waldeck geleiſteten Erbhuldigungs- und LehenEyd/ſo dieſelbe uff dem Fürſtl. Reſidentz Hauß zu Altenburg in dem Fürſtl. Gemach am 16. Octobr. Anno 1646. abgelegt/und Anno 1658. durch einen Gevollmächtigten/ ohne einige reſtriction und Vorbehalt/ ablegen laſſen/wie aus der in præſenti controverſia in Druck gefertigten

Rechts und Warheits gründlichen *Aſſertion fol. 83. & 301.*

mit mehrern zu erſehen/ und von Gräfl. Waldeckiſch. Theil nicht verneinet werden kan/ noch ſoll.

19. Qvi autem ſe obligat ad obedientiam, is non ſolùm bona, ſed etiam perſonam obligat, cùm juramenti ſubjectionis & obedientiæ præſtatio obliget perſonam, nec ab hac præſtationē perſona jurantis eximi & ſeparari poteſt, cùm omnia, qvæ gerenda ſunt, à noſtris perſonis initium ſumant, & absqve illis inutilem actum faciant.

*l. qvæcunqve. 11. ibiqve gl. & Dd. ff. d. O. & A.*

20. Und hieraus iſt zu ſchlieſſen / weiln die Herrn Graffen zu Waldeck den Erbhuldigungs Eyd / ohne einige reſtriction und Bedingung / als ſubditi Ihrer Fürſtl. Durchl. als dero die omnimoda Jurisdictio unſtreitig zuſtehet / zu præſtiren ſchuldig geweſen / und wircklich abgelegt und geleiſtet haben / daß ſie pro ſubditis propriè talibus, und ihre ſubjectio, wie bey allen und ieden Chur- und Fürſtl. Sächſ. Land-ſaſſen und Erbunterthanen iederzeit geſchehen und noch geſchicht / nicht allein pro reali, ſondern auch pro perſonali zu

ach-

achten/ hinwieder ſind höchſtgedacht Ihre Fürſtl. Durchl. der einige regierende Landes-und Lehnfürſt/ dero Landen und Fürſtenthumb Altenburg/ welcher die hohe Landes-Obrigkeit & omnimoda juriſdictio zuſtehet/ auch die Herrn Graffen zu Waldeck nicht allein die gewöhnliche Lehnpflicht/ ſondern auch/ wie gedacht/ das juramentum ſubjectionis, Huldigung/ oder Erbpflicht wircklich abgeleget/ und ſich vor Vaſallen, Landſaſſen/ und Erbunterthanen erkandt/ bekandt/ und gewiſſe Reverſales zu dem ende von ſich geſtellet haben/ dahero unnöthig/ ſolches weiter zu deduciren. Ubi enim rerum teſtimonia adſunt, ibi non opus eſt verbis.

Dieſes aber wird noch allein übrig zu berühren ſeyn/ 21.
was allen und jeden gehorſamen Vaſallen, Landſaſſen und Erbunterthanen obllieget/ zuſtehet/ und gebühret/ und die Herrn Graffen zu Waldeck bißhero/ ihrer Pflicht und Schuldigkeit nach/ unweigerlich geleiſtet.

Diewell aber die jurisdictio territorialis uff unterſchiedlichen actibus jurisdictionalibus beſtehet/ ſo wird von bewehrten Rechtslehrern pro primo jurisdictionis territorialis & ſubjectionis actu gerechnet/ und gehalten/ Homagii ſeu juramenti ſubjectionis præſtatio & receptio, in qvo prima agnitio & confesſio ſubjectionis conſiſtit.

*Thom. Mich. de jurisdict. concluſ. 57. Gail. de arreſt. Imp. c. 6. n. 10. & c. ſeq. n. 10. Erneſt. Cothmann. reſp. de Academ. 47. n. 38. Meichſner. tom. 2. lib. 2. Deciſ. ult. n. 122. & ſeqq.*

Et maximum obſeqvii & humilitatis ſignum arguit.

*Mart. de jurisdict. p. 1. c. 27. n. 1.*

Eſtqve ſuperioritatis recognitæ teſſera.

*Andr. Knichen. de jure territor. c. 3. n. 168.*

Et actum univerſalem jurisdictionis inducit, qvi alios comprehendit, & de neceſſitate ſubjectionem arguit.

*Zaſ. ſingul. reſponſ. lib. 2. cap. 31. Sixtin. Conſil. Marpurg. 8. n. 77. & ſeqq. Gylmann. Deciſ. 46. n. 13.*

22 Und ſolches bezeuget klårlich die communis jurandi forma, welche alle und jede Erbunterthanen zu præſtiren ſchuldig / daß ſie wollen unterthånig / gehorſamb / hold / getreu / und gewårtig ſeyn. Item, was ein getreuer Landſaß und Unterthaner ſeinem rechten Erbherren und Landesfůrſten zu thun ſchuldig iſt.

*Matth. Stephan. de juriſdict. lib. 2. p. 1. cap. 7. n. 225. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. cap. 4. n. 8. Ziegl. d. concluſ. 1. n. 42.*

Dieweil nun hochwohlgedachte Herren Graffen zu Waldeck dergleichen Eyd / Erbhuldigungs- und Lehenpflicht wircklich geleiſtet / und zugeſaget / alles das jenige zu thun und zu leiſten / was getreuen Vaſallen, auch / reſpectu der Herrſchafft Tonna / Unterthanen / gegen ſeinen Erblandes Fůrſten und Lehnherren / von Rechts und Gewonheit wegen / zu thun / oder zu laſſen gebůhret / auch hierůber Reverſalen von ſich geſtellet / ſo folget unzweiffelich und gewiß / daß auch dieſelbe hôchſtgemeldte Ihre Fůrſtl. Durchl. vor ihren rechten Erb- und Landesherren agnoſciret / und ſich dargegen vor gehorſame Landſaſſen und Erbunterthanen erkennet und bekennet haben.

23 Der (2.) actus jurisdictionis territorialis & ſubjectionis beſtehet in poteſtate convocandi ad Comitia Provincialia, auff die Landtåge / & Landſaſſiorum comparendi neceſſitate.

*Gail. d. c. 7. n. 14. Ziegler. d. concluſ. 1. n. 139. & duob. ſeqq.*

Comparitio enim auff Landtågen importat & probat ſubjectionem.

Coth-

*Cothmann. conſil. 47. n. 33. p. 1. Meichſner. tom. 2. Deciſ. 2. & tom. 3. Deciſ. 6. n. 52. Gylmann. tom. 2. p. 1. vol. 5. n. 14.*

Nun bezeugen aber die Fürſtl. Altenburgiſche Landtagsacta, daß Hochwohlgedachte Herren Graffen zu Waldeck / ſo lang ſie die im Fürſtl. Altenburgiſch Territorio gelegene Herrſchafft Tonna innen gehabt und beſeſſen / auff die Altenburgiſche Landtäge nebens andern Landſtänden convociret / beſchrieben / und erfordert worden / ſie auch dieſelbe durch gewiſſe Abgeordnete gehorſambſt beſuchen / und ſambt andern Landſtänden über denjenigen Puncten / ſo die Landesfürſtl. gnädigſte Herrſchafft proponiren und vortragen laſſen / auch ihres Orts deliberiren / conſultiren / und endlich die Landtags Abſchied gebührlich anhören laſſen. Dahero denn abermahls gewiß zu ſchlieſſen / daß ſie höchſtgedacht Ihre Fürſtl. Durchl. vor ihren rechten Erbherren und Landesfürſten erkennet / und ſich vor gehorſame Landſaſſen und Erbunterthanen gehalten haben.

Der (3.) actus territorialis jurisdictionis & ſubjectionis 24
beruhet in onerum provincialium, ſc. der Landbete / Landſteuern / Ungeld / Tranckſteuer / & ſimilium exactione & præſtatione. Hæc enim onerum exactio ſublimioris dominii ac eminentiæ Symbola ſunt & dicuntur,

*per l. nulli. C. d. Epiſcop. & Cleric. c. 2. X. de cenſib. Corn. conſil. 333. n. 2. vol. 1. Gail. 1. obſerv. 21. n. 9.*

Et vigore ſuperioritatis territorialis dicta onera exiguntur, ac, ratione ſubjectionis, à Landſaſſiis & ſubditis, in recognitionem ſuperioritatis, præſtantur & ſolvuntur.

*Schurff. conſ. 59. n. 26. cent. 1. Andr. Knichen. d. jure territ. cap. 3. n. 223. Reinking. d. cap. 4. n. 130. & ſeqq. Ziegler. d. concluſ. 1. n. 150.*

Weiln nun offtgemeldte Herrn Graffen zu Waldeck/ ſo lang ſie die Herrſchafft Tonna innen gehabt und beſeſſen/ die Land/ Tranck/ Kriegs/ und andere Steuern / gleich andern Landſaſſen und Erbunterthanen unweigerlich / und ihrer Schuldigkeit nach/ abgetragen haben/ auch zur Fürſtl. Altenburgiſchen Landes Caſſa und Steuer-Ober-Einnahm einſchicken und lieffern laſſen/ ſo folget abermahls neceſſariò & infallibiliter, daß ſie ſich vor Fürſtl. Altenburgiſche Landſaſſen/ und Erbunterthanen bekandt und gehalten haben.

25 Der (4.) actus jurisdictionis territorialis & ſubjectionis betrifft die unterſchiedliche jura provincialia, auch Landes/ Conſiſtorial- Kirchen/ und Hoffgerichts/ Conſtitutiones und Ordnungen/ auch ſeparata Judicia, Dicaſteria, Collegia, Fürſtl. Regierung/ Conſiſtorium, Hoff/ und Landgericht.

*Wehner. pract. obſervat. ſub lit. L. & voc.* Landſaſſerey/ und Landſaſſen. *Ziegler. d. concluſ. 1. n. 135. & ſeqq.*

26 Adeò, ut etiam Camera Imperialis Principum ſubditos juxta peculiares illas Conſtitutiones judicare teneatur.

*Ordinat. Camer. p. 1. tit. 57. in verb.* nach redlichen / erbarn/ und Ländiſchen Ordnungen/ *Statuten* / und Gewonheiten der Fürſtenthümben/ Herrſchafften / und Gericht / die vor ſie bracht werden/ denen Hohen und Niedern / nach ſeiner beſten Verſtändniß / gleich zu richten / und kein Sach ſich dargegen bewegen laſſen.

Dahero folget neceſſariò, daß vielmehr in denen Fürſtenthum- und Landen in allen und jeden Gerichten ſolche Conſtitutiones und jura provincialia von allen und jeden Landſaſſen und Unterthanen unweigerlich angenommen / obſerviret / darnach geſprochen/ und erkennet werden ſolle und müſſe / und wil den Subditis keines weges gebühren/ von ſolchen juribus & Conſtitu-

ſtitutionibus provincialibus einig diſputat, oder Zweiffel zu erregen / ſondern es erfordert ihre Pflicht und Schuldigkeit / dieſelbe ſtrictè zu attendiren, ſich darnach zu achten / und denſelben gebührliche folge zu leiſten. Weiln nun die Herrn Graffen zu Waldeck Fürſtl. Altenb. Landſaſſen und Erbunterthanen ſeyn / ſo folget der unhintertreibliche und richtige Schluß / daß / ſo lang ſie die Herrſchafft Tonna innen haben / beſitzen / nutzen / und gebrauchen / ſie ſich keines weges verweigern können / ſolche allen und jeden Erbunterthanen gegebene / vorgeſchriebene und publicirte jura provincialia, auch Landes- und Hoffgerichts-Ordnungen zu beobachten.

*Ziegler. d. concluſ. 1. n. 147.*

Uber diß und (5.) wird pro infallibili & legitimo actu jurisdictionis territorialis & ſubjectionis geachtet juſtitiæ adminiſtratio, & in judiciis comparitio. 27.

*Thom. Mich. de jurisdict. concluſ. 62. Meichſner. Dec. Camer. 1. ſub. n. 17. tom. 3. Reinking. d. cap. 4. n. 97.*

Hinc colligitur, qvod ſubditi teneantur comparere in Tribunali mediato atqve immediato Dominorum territorialium, tàm in perſonalibus, qvàm realibus, activè & paſſivè. 28.

*arg. c. licet. in fin. de elect. Matth. Wehner. in pract. obſerv. ſub d. verbo* Landſaſſen. *Reinking. d. l. n. 101.*

Quicquid enim inter ſubditos in dubium venit, ſuperioris judicio definitur.

*Meichſner. tom. 2. lib. 2. deciſ. 3. n. 6. & 7. & Deciſ. 4. n. 108. & aliquot ſeqq.*

Ita qvoqve Landſaſſios & cæteros ſubditos teneri comparere in Tribunali, daß ſie müſſen bey ihren Landes-Fürſten Recht nehmen / tàm in perſonalibus, qvàm realibus, activè &

& paſſivè, ſive immediatè in Aula, ſive in Curia Provinciali cauſa diſceptetur, adſtruit & confirmat

*Ziegl. d. concluſ. 1. n. 145.*

29 Et qvoad ſpeciem facti noſtri

*ex Beat. deciſ. tom. 5. part. 5. de judicialib. probat. Speidel. ſpecul. var. obſerv. & Notab. ad voc. Landſaſſen / 2. addition.*

Daß Grafen und Herren / wann ſie auch gleich unter andern Herren ihre Güter haben / in Saxonia dennoch in perſonalibus am Hoff-Gericht ſtehen müſſen.

Idem paulò antè

*ad d. voc. §. porrò ſubjectio &c.*

30 tradit, qvod ſubjectio probetur ex juſtitiæ adminiſtratione, ſi ſc. Nobilis tàm in perſonalibus qvàm realibus, activè & paſſivè coram Domino territorii agere & comparere tenetur, wann er bey einem Fürſten Recht nehmen und geben muß. Unde & vulgatum iſtud: Qvi te judicat, Dominus tuus eſt.

*Roman. conſil. 70. Menoch. conſil. 75. num. 22.*

31. Et inde planè corruit diſtinctio inter Landſaſſium, qvem ita vocant reſpectu derer Güter / in denen er ſitzet / & inter illum / welcher Landgüter hat / aber in denſelben ſich nicht häußlich auffhält. Hanc enim diſtinctionem minimè procedere, patet ex relatorum actuum jurisdictionalium veriſſima & firmiſſima inductione, und wird man keinen einigen Landſaſſen / noch einen einigen caſum finden und angeben können / do in provinciis Saxonicis ſolche diſtinction jemahls recipirt, obſervirt und attendirt worden / dahero ſolche diſtinction und explication, als inſolita, inaudita, & minimè fundata, reſpectu der Fürſtl. Sächſ. Fürſtenthumb und Landen / gantz zu verwerffen. Et hanc etiam omninò reſpuit univerſalis

&

& omnimoda jurisdictio, qvæ Sereniſs. Domino Territorii competit, & viciſſim, ex natura correlativorum, omnimodam & minimè reſtrictam ab omnibus Landſaſſiis & ſubditis reqvirit ſubjectionem. Uber dieſes redet nicht allein die 32
Jehniſche / ſondern auch alle andere alte und neue Hofgerichts-Ordnungen/generaliter & indiſtinctè,

*ſub Tit.* Wer vor das Hofgericht geladen ꝛc. 17.

Daß alle/ſo von der Landes Fürſtlichen hohen Obrigkeit belehnet/und häußlich auff dem Lande/oder in Städten dieſer Fürſtenthumb ſitzen/oder Feuer und Rauch darinnen halten/ durch perſöhnliche weſentliche Wohnung/oder ſonſten ſo viel Güter/ als des Klägers Forderung austrägt/ darinnen haben/wie denn auch die jenigen/ welche die geſambte Hand an einem Lehngut erlanget/unangeſehen/ daß ſie der Ende perſönlichen nicht wohnen/oder auch weder Feuer noch Rauch halten/und da dieſelbe der Hoffrichterlichen citation nicht pariren, ſondern zum andern mahl ungehorſam auſſenbleiben würden/ſollen ſie auff vorgehende deſſen Beſchuldigung/ drittens/ bey Verluſt der geſambten Hand zu erſcheinen/vorgeladen/ und ſolches an gehörigen Ort und Lehnhoff zu deſſen Nachricht notificiret werden. Et paulò poſt eod. cap. 17. expreſsè cautum eſt: Inmaſſen denn hochgedachte Ihre Fürſtl. Gnaden hiermit geſetzet und verordnet haben wollen / daß auch NB. alle Grafen/ Freyherren/Ritter und Edelleute/die den Aembtern nicht unterworffen/ſondern auff ſonderliche Schrifft der Fürſtl. Cantzley ſitzen/auch alle Räthe der Städte und Richter/die keinem Ambt zugethan ſeyn/ vor diß Hofgericht geladen und gerechtfertiget werden mögen. Solche gemeine Conſtitutiones ſind alle und iede Unterthanen zu obſerviren/und in guter Obacht zu halten ſchuldig/ und gebühret keinem ſubdito, ſeines Superio- 33

ris Conſtitutiones, welche alle und jede Unterthanen obligiren und verbinden/auch in gantzem Fürſtenthumb publiciret worden & ad omnes juſſæ ſunt pertinere, atqve generalitatis obſervantiam reqvirunt, zu diſputiren/ aſtutè wieder die obſervantz und Herkommen zu interpretiren/ in einigen Zweiffel zu ziehen/ oder gar zu retractiren.

*per textus expreſſos in l. 2. 3. 5. & 12. C. de L L.*

34 Der (6) Actus jurisdictionis territorialis & ſubjectionis iſt ultima provocatio, ſive Appellatio & comparitio. Appellatio enim potiſſimum argumentum eſt ſuperioritatis & ſubjectionis. Et jurisdictio illius eſſe probatur, ad qvem deferuntur appellationes.

*c. ſi duobus. 7. §. deniq. de Appellat. Maſcard. de probationib. vol. 2. concluſ. 946. n. 13.*

35. Propterea etiam appellationes ſemper ſolent & debent dirigi ad illum, qvi eſt in jurisdictione ſuperior.

*l. à proconſulibus 19. & l. percipimus 32. de appellationib. Bart. in l. 1. §. ſi qvis. n. 14. ff. eod. & Bald. in Auth. ſi qvis litigantium. n. 4. C. de Epiſc. aud.*

Es bezeuget aber die tägliche Erfahrung/ und die in oben allegirter

Rechts-und Warheits gründlicher *aſſertion*

angezogene vielfältige Exempla, daß an höchſtgedacht Ihre Fürſtl. Durchl. die Appellationes & provocationes ultimæ gerichtet worden; inmaſſen denn in præſenti caſu der Gräfl. Waldeckiſche Anwald ſelbſten es obſerviret und gehalten hat/ welche appellatio von Worten zu Worten

*in d. aſſert. fol. 276. & ſeqq.* zu befinden.

36. Endlichen und zum (7) kan pro actu jurisdictionis territorialis & ſubjectionis angeführet werden/ die wieder Grafen/ Frey-

herrn

herrn/und andere Erb⸗unterthanen tàm in actionibus realibus, qvàm perſonalibus, activè & paſſivè, vielfältig geſchehene citatio & comparitio, Citatio enim eſt actus jurisdictionis.

*l. cum Clericis. 25. l. omnes. 33. §. executorib. verſ. verùm ſi apparitor. C. de Epiſc. & Cler. l. 1. ff. de in jus voc.*

Et ex citatione jurisdictio probatur,

*Maſcard. d. tr. concluſ. 946. n. 4.*

Nun bezeugen des löblichen Oberhof⸗Gerichts zu Leipzig/auch 37
Hoffgerichts zu Wittenberg und Jehna verordnete Herren Hoffrichter und Beyſitzer/ daß von 10. 20. 30. 40. 50. ja von hundert und mehr Jahren in gedachten Ober⸗und Hoffgerichten/welche concurrentem jurisdictionem cum Sereniſſimis Principibus haben/ wider Gräfen und Herren/ſo wohl real, als perſonal⸗Klagen angeſtellet/erhoben/ventiliret/ und darauff Rechtskräfftige ſententiæ, inhibitiones, und executiones ertheilet worden/ wie dergleichen unlaugbare exempla

*in d. aſſert.* von *fol. 225.* biß *271.*

weitläufftig zu befinden/ welchen atteſtatis billich voller Glaube zuzuſtellen/ zumahl weil unterſchiedliche vornehme und bewehrte Rechtslehrer ſolches auch in ihren publicis ſcriptis atteſtiren und confirmiren.

*Vid. Wehner. in obſervat. pract. ſub voc.* Landſäſſerey und Landſaſſen. *Ziegler. comm. concluſ. ad aur. prax. Calvol. §. Landſaſſii. concluſ. 1. fol. 127. n. 145. Carpzov. reſponſ. juris Electoral. lib. 6. tit. 10. reſp. 115. num. 17. & ſeqq. Reinking. de regim. ſec. & Eccleſiaſt. ubi plures allegantur.*

Dieſe alle und jede ſtatuiren/ und confirmiren/ qvod Landſaſſii & cæteri ſubditi teneantur comparere in Tribunali, müſſen bey ihren Landesfürſten Recht nehmen/tàm in perſonalibus, qvàm realibus, activè & paſſivè, ſive immediatè in Aula,

ſive in Curia provinciali cauſa diſceptetur; Hoc enim annexum der Landesfürſtlichen Hoheit/ daß ein Landesfürſt über Landſachen unter den Landſaſſen richte. Und ſeynd ſo wol höchſtgedacht Ihre Fürſt. Durchl. und Dero höchſtlöblichſte Vorfahren/ als die Ober- und Hofgericht iederzeit über Rechtsverwehrte Zeit und Menſchen-Gedencken in geruhiger poſſeſs, vel qvaſi obdeducirter Actuum iederzeit geweſen und verblieben.

Et ita, qvod ſc. in Curiis Electoralibus & Provincialibus Lipſienſi, Wittebergenſi & Jenenſi, poſſeſſores bonorum, ſive ipſi larem ibi foveant, aut focum & ignem habeant & teneant, ſive per miniſtros & officiales adminiſtrent, aut aliis bona locaverint, ut & ſimultaneè inveſtiti, ſine ulla actionū diverſitate, ibi comparere & reſpondere teneantur, & ita actiones etiam perſonales coram Judice rei ſitæ inſtitui poſſint, ante qvinqvaginta annos, ſc. menſ. Jun. Anno 1608. à Facultate Juridica Jenenſi ad reqviſitionem Hanſen Gauers Erben zu Diſſart pronunciatum fuit.

38 Und hierbey iſt noch dieſes zu gedenckē/ daß oberwehnte conſvetudo in dem gantzen Churfürſtenthum und Sächſiſchen Landen in viridi obſervantia iederzeit geweſen und verblieben/ und dieſe gantze controvers nach derſelben/ und nicht nach den gemeinen Rechten zu reguliren und zu decidiren/ utpotè qvæ legis vim habet & juri communi derogat, wie denn das gantze Sächſiſche Recht auff dem Gebrauch und obſervantz beſtehet.

*Dn. Carpzov. reſponſ. jur. Elect. lib. 4. tit. 9. reſp. 65. num. 7. & lib. 4. tit. 5. reſp. 37. n. 11.*

Dabey es auch in noſtra facti ſpecie nicht unbillich zu laſſen.

CHR. PHIL. RICHTER. JC.

IN

IN NOMINE SS. ET INDIVIDUÆ TRINITATIS!

# CONSILIUM II.

Super qvæſtione in eadem materia.

Utrum Comites, Barones & Nobiles, qvi tam ratione perſonæ, qvàm bonorum immediatè Imperio ſubſunt, dem H. Römiſchen Reich ohne Mittel unterworffen/ & tamen bona non qvidem Imperii, ſed Feudali jure à Sereniſſ. Electore, vel Duce aliqvo Saxoniæ recognoſcunt, eaqve vel ipſimet, vel per Præfectos ac domeſticos ſuos poſſident, reſpectu illorum, in Provinciis Saxonicis forum ſortiantur, ita, ut tàm in actionibus realibus, quàm perſonalibus coram judicio Aulico & Curiali, ſo wohl für der Regierung/ als dem Hoffgericht/ conveniri poſſint, ac ibidem ſtare teneantur?

## SUMMARIA.

1. *Proponitur qvæſtionis gravitas, qvæ jam in conventu Deputatorum Imper. ann. 1586. agitata, & inter nova dubia Ann. 1594. denuò etiam Ann. 1600. rejecta eſt ac indeciſa manſit.*
2. *Oſtenditur, qvàm variantes & diſcrepantes non in Germaniæ ſolùm Academiis diverſis, ſed in ipſis JCtorum ac Scabinorum Collegiis etiam de eâ exſtent Doctorum opiniones.*
3. *Varietatem illam probat Autor exemplo Facultatis ſuæ proprio.*
4. *Autor rationem inſtituti exponit.*
5. *Exculpatio Autoris, ejusqve declaratio.*

6. *Comites, Barones ac Nobiles immediati, feuda ab Electore & Ducibus recognoſcentes, verè ſubditi illorum ſunt.*

7. *Præſtare illos Juramentum ſubjectionis & Adſecurationis,* die Erb-und Landeshuldigungs-Pflicht/ *oſtenditur, & juramenti formula adducitur.*

8. *Præſtare juramentum ſubjectionis, eſt nihil aliud, qvàm Jdictioni Principis ſe ſubjicere, eumq́ in omnibus pro judice ſuo agnoſcere.*

9. *Landſeſſura,* die Landſaſſerey/ *ſeqvitur perſonam ejus, qvi juramentum ſubjectionis præſtat, ut umbra corpus.*

10. *Oſtenditur in locis illis, ubi Landſeſſura,* die Landſaſſerey/ *recepta eſt, non poſſe aliqvem poſſidere bona ſine onerosâ qualitate ſubjectionis.*

11. *Landſaſſii comparere tenentur in tribunali,* müſſen bey ihren Landes-Fürſten Recht nehmen / *tam in perſonalibus qvam realibus, activè & paſſivè, ſive immediatè in Aulâ, ſive in curiâ provinciali diſceptetur cauſa.*

12. *Landſaſſius habendus eſt pro verè ſubdito, ſive homine Jdictionali, cui in omnibus præcipi ac mandari poteſt à Domino territorii, quiqve alterum agnoſcit ac nominat,* ſeinen Erbherren und Landes Fürſten/ *eique obedientiam omnem promittit, omniqve modo Jdictioni domini ſeſe ſubjicit.*

13. *Landſeſſuram,* die Landſaſſerey, *in provinciis Saxonicis introductam eſſe evincitur.*

14. *Probatur ſubjectionis qvalitas ex continuatis & ſæpiùs qvietè repetitis actibus Jdictionalibus & ſubjectionis.*

15. *Comites, Barones ac Nobiles immediati, feuda ab Electore & Saxoniæ Ducibus recognoſcentes, ad indicta Comitia provincialia,* auff Landtägen/ *ſæpiùs conceptis verbis vocati, perindè*

dè ac ſubditi alii & Municipales, citati item tam in perſonalibus, qvàm realibus actionibus, coram Dicaſteriis provincialibus comparuerunt, ſententiam Dominorum Electorum ac Ducum Saxoniæ, vel abſolutoriam, vel condemnatoriam, ſuſtinuerunt, omniaqve egerunt, qvæ alioqvin ad officium ſubditorum & Municipalium pertinent.

16. Qvi paret mandatis, & agit ea, qvæ agunt ſubditi, is præſumitur eſſe ſubditus.

17. Veram Comitum, Baronum ac Nobilium immediatorum ſubjectionem, feuda ab Electore & Ducibus Saxoniæ recognoſcentium, arguit ipſa ſuperioritatis recognitio.

18. Recognitio illa ſuperioritatis à Comitibus illis, Baronibus ac Nobilibus facta probatur atque oſtenditur.

19. Indubitata ac propria Comitum illorum, Baronum ac Nobilium immediatorum ſubjectio probatur ex text. R. A. zu Augſp. de Ann. 1548. §. 71.

20. Immediatum Imperii vaſallum, ratione bonorum, qvæ ab alio Imperii Statu recognoſcit, inſtar aliorum Landſaſſiorum, ſubjectum eſſe ac Dominum territorii pro ſuperiore & judice agnoſcere debere, evincitur.

21. Ex jure collectandi colligitur ac deprehenditur, penes qvem ſit, vel non ſit Jdictio.

22. Imperii ſubditus eſt, qvi indictiones, contributiones & Imperii collectas, pro parte ſuâ, qvolibet tempore ſolvit.

23. Comites, Barones ac Nobiles immediati, feuda ab Electore & Saxoniæ Ducibus recognoſcentes, collectas ipſis ſolvere tenentur.

24. Subjectionis argumentum & documentum certisſimum eſt, relatum eſſe in numerum ſubditorum & catalogum provincialium, unter die Land- und Unterſaſſen eingeſchrieben ſeyn.

25. *Comites, Barones ac Nobiles, feuda ab Electore & Ducibus Saxoniæ recognoſcentes, in catalogum ſubditorum provincialium relatos eſſe, demonſtratur ex ordinationibus & conſtitutionibus Saxonicis.*

26. *Superioritatis territorialis ſymbolum & κριτήριον infallibile eſt annexa juſtitiæ adminiſtratio & Juris dicendi poteſtas.*

27. *Multos eſſe in Imperio Comites ac Barones, qvi etſi feuda dignitatum & nobilia ab Imperatore recognoſcant, indeqve inter Status & Ordines Imperii referantur, qvia tamen in aliorum Principum provinciis dominia ſua & domicilia habent, eorum reſpectu pro ſubditis Principum illorum indubitatè haberi, tam univerſali Germaniæ, qvàm ſpeciali Thuringiæ conſvetudine oſtenditur.*

28. *Conſuetudo Jus facit, vimque legis habet, quin & Juri communi derogat.*

29. *Qvæ ſententia multa inconvenientia & periculoſa præjudicia adfert Imperii Statibus, ea rejicienda.*

30. *Pro qvæſtionis adfirmativâ in reviſorio pronunciatum eſſe in cauſâ* Ortenburg *contra* Bayern/ *& ante qvinqvaginta annos in Scabinatu Jenenſi, adſeritur.*

31. *Qvæſtionis negativam tutatos eſſe Anteceſſores Academiæ cujusdam celeberrimæ in Conſilio qvodam typis expreſſo in cauſâ Perilluſtrium Dominorum à* Schwartzburg *contra Sereniß. Domum Saxonicam.*

32. *Jdictio territorialis alterius Principis ad Status Imperii immediatos haud extenditur.*

33. *Ratio dubitandi: Primum, adæquatum & ſubſtantiale ſignum immedietatis eſſe, ſolum Imperatorem, vel Cameram, ob Jdictionis concurrentiam, recognoſcere, & in hoc mediatis,* denen Landſaſſen/ oder Landſtänden/ *contradiſtingui, ſtatuunt Diſſen-*

*Diſſentientes, & ex hoc principio multa conſectaria deducunt in rationibus ſuis decidendi.*

34. *Imperator ratione protectionis & univerſalis Jdictionis totius orbis, ſeu mundi Dominus vocatur.*

35. *Nemo præſumitur Juri ſuo renunciare, quum renuntiatio Juris ſit donatio quædam, qvæ in dubio non præſumitur.*

36. *Non præſumitur renuntiatio, qvæ non eſt veroſimilis.*

37. *Ratio dubitandi II. Qvi alterius vaſallus eſt, is ſe in illis alteri tantùm ſubjicit, qvæ feudum concernunt, non etiam in illis, qvæ vaſalli perſonam contingunt; Ex quo principio multa conſectaria alia in rationibus ſuis decidendi vocant.*

38. *Vaſallus & ſubditus inter ſe differunt, nec feudi concesſio ſimpliciter aliquem facit ſubditum.*

39. *Inveſtituræ tenor ſemper inſpiciendus, isq; non facilè reſtringendus, vel extendendus, ſed verba, prout ſonant, accipienda.*

40. *Qvod contractus non dicit, id nec nos dicere debemus.*

41. *Vaſallus, qui ſub Jdictione Domini non habet domiciliũ, ratione feudi quidem domino obligatus eſt, coramque eo forum ſortitur, ſed non etiam ſubditus ejus proprius eſt.*

42. *Concesſio feudi eſt contractus reciprocus inter dominum & vaſallum, ex qvo contractu nullum reſultat imperium in vaſallum.*

43. *Clericus ſortitur forum Laici, ratione feudi, non tamen ſubditus eſt domini feudi, ſi ſub Jdictione domini non habitet.*

44. *Forum ſortiri, vel legibus loci alligari, paria quidem ſunt, aſt forum ſortiri & ſubditnm eſſe, diſparia ſunt.*

45. *Qvi Jdictionem habet omnimodam in terris, in feudum conceſſis, omnesqve exercet particulas ſuperioritatis, ille non poteſt eſſe Landſasſius Electorum ac Ducum Saxoniæ.*

46. *Reſponſiones ad Rationes noſtras decidendi.*

47. Ju-

47. *Juramentum ſubjectionis à diſſentientibus conſtituitur duplex, reale ac perſonale.*

48. *Juramentum ſubjectionis à Comitibus, Baronibus ac Nobilibus immediatis, feuda ab Electore & Saxoniæ Ducibus recognoſcentibus, præſtitum, ex errore & ignorantiâ Juris ſui præſtitũ eſſe præſumunt diſſentientes.*

49. *Errantis & ignorantis nullus eſt conſenſus.*

50. *Procurator ad unam rem peragendam conſtitutus, ſi officium mandati ſui egreditur, id qvod geſſit, nullum domino præjudicium facere potuit.*

51. *Juramentum ſubjectionis, violenter & meticuloſè exactum, ſubjectionem non inducit.*

52. *Proteſtatio conſervat Jus proteſtantis.*

53. *Landſaſſium,* einen Landſaſſen/ *propriè vocari illum cenſent Diſſentientes, qui in provinciâ larem, ſeu domicilium habet, quique ibidem habitat, qſ.* der im Lande ſitzet. *Minùs verò propriè vocari illum Landſaſſium,* welcher gleichwohl Güter hat/ aber in denſelben ſich nicht häußlich auffhält.

54. *Sicut nec pater ſine prole, ſic nec Landſaſſius ſine prædio & domicilio dici poteſt.*

55. *Comites illos, Barones, ac Nobiles immediatos non comparuiſſe in diætis provincialibus, ut merè ſubditos, ſed ut vaſallos, evincere conantur Diſſentientes.*

56. *Jdictio Judicis Ordinarii, ad certas perſonas limitata, etiam ad perſonas alias, Jdictioni minimè ſubjectas, prorogari poteſt.*

57. *Prorogatio Judicis dupliciter fieri poteſt, expreſsè, conſenſu partium, tacitè, comparendo coram Judice incompetente, & forum ejus non declinando.*

58. *Jdictionis prorogationem à Comitibus, Baronibus ac Nobilibus immediatis, coram Judiciis Aulicis & Dicaſteriis provincialibus comparentibus, demonſtrare præſumunt Diſſentientes.*

59. Re-

59. Recognitionem ſuperioritatis, à Comitibus illis, Baronibus ac Nobilibus immediatis partim ratione feudi, partim ex errore factam eſſe, probare laborant Diſſentientes.

60. Confeſſio non præjudicat confitenti, ſi probetur, eam eſſe ex errore factam, ſed revocari poteſt ſemper.

61. Error eo ipſo probatur, qvo evincitur, rem aliter ſe habere.

62. Comites, Barones ac Nobiles, feuda à Domo Saxonicâ Sereniſſimâ recognoſcentes, non ſerviiſſe ipſis ab initio, von Alters hero/ ac proinde ab Imperii Collectis in Receſſibus non exemtos eſſe, nec proinde ad ſolvendas collectas Domui Saxonicæ teneri, demonſtrare tentant Diſſentientes.

63. Collectas Domui Saxonicæ à Comitibus illis, Baronibus ac Nobilibus immediatis ſolutas Domui Saxonicæ partim vi fuiſſe extortas, partim ex merâ liberalitate, pro ſublevandâ neceſſitate publicâ ſponte tributas eſſe, oſtendere conantur Diſſentientes.

64. In dubio collecta præſumitur præſtari potiùs ex liberalitate, qvàm ex debito.

65. Multos eximi Status immediatos à Jdictione Imperatoris per id, qvod illi coram Statibus aliis, tanqvam ſuperioribus, comparere debeant, adſtruere volunt Diſſentientes.

66. Reſponſiones ad Rationes dubitandi.

67. Privilegium immedietatis, daß einer dem Heil. Reich ohne Mittel unterworffen/ non eſt qvalitas, aut privilegium merè perſonale, ſed potiùs reale.

68. Comites & Barones, recens ad dignitatem evecti, ideò ab immediatâ contributione eximuntur, qvia nulla bona immediatè ſub, vel ab imperio habent, & ita ſine præjudicio aliorum Principum, qvibus ſubſunt, immediatæ ſubjectionis qualitate donari non potuerunt.

69. *Particula, vel, eſt ejus naturæ, ut ponatur inter diverſa qvidem, eundem tamen effectum habentia.*

70. *Ad conſtituendum immedietatis effectum ſufficit, vel perſonam eſſe immediatè ſubjectam, vel bona in, ſub, vel ab imperio habere, & poſſidere.*

71. *Poteſt aliqvis eſſe immediatus, & tamen, ratione bonorum, alterius eſſe Landſaſſius, & verus ſubditus.*

72. *Imperii Status in caſibus ejusmodi duplicem perſonam, diverſis reſpectibus, ſuſtinere & repræſentare dicuntur, unam Municipalem, alteram provincialem, idq́ utrobiq́ æqvè principaliter, id qvod exemplis probatur.*

73. *Ex eo, qvòd Status imperii immediatus alteri Statui ſubjectus eſt, nihil Cameræ Imperiali, aut dignitati ejus decedere, nec Jura Cæſaris, aut Imperii indè labefactari oſtenditur.*

74. *Qvi diverſo reſpectu etiam alterius ſtatus homo Jdictionalis eſt & ſubditus, is onera ſubjectionis patienter ferre, & paratè ſubire debet.*

75. *Regula Juris communis feudalis, qvod vaſallagium non conſtituat vaſallum abſolutè ſubditum domini feudi, & qvod is, qvi vaſallus alterius eſt, non ſubjiciatur, niſi in illis, qvæ feudum concernunt, fallit in illis locis ac præſertim in Saxoniâ, ubi bona feudalia non niſi cum oneroſâ qvalitate ſubjectionis conceduntur, & in qvibus poſſeſſor feudi ſimul perſonam ſuam obligare & ſe ſubditum Ligium facere tenetur.*

76. *Jus Feudale ex uſu, conſvetudine & receptione potiſſimùm ſuum robur ac authoritatem accipit.*

77. *Jus Saxonicum in multis à Jure communi feudali recedit.*

78. *Exceptio diſſentientium, qvâ adſtruere conantur, non præſtare Comites illos, Barones ac Nobiles juramentum ſubjectionis, ratione ſubjectionis ſimplicis, ſed ſecundum qvid, ratione bonorum feudalium, proponitur ac diluitur.*

79. Jura-

79. Juramentum ſubjectionis & vaſallagii differunt verbis getreu/gewärtig und hold/ & verb. getreu und gehorſam zu ſeyn/ hæc illius, illa verò hujus ſignum indubitatum ſunt

80. Qvi jurat ſubjectionis juramentum, is eo ipſo ſubjectionem & obedientiam ſubit.

81. Natura & eſſentia Landſaſſii non eſt aliqvatenus & reſpectu illorum bonorum, qvæ recognoſcit, ſed in omnibus, qvæ præcipiuntur, ac mandantur à domino territorii, omniq; modo Jdictioni ejus eſſe ſubjectum.

82. Implicat contradictionem, eſſe Landſaſſium, & ex parte, ſive ſecundùm qvid ſubjici.

83. Deſtructo principio dubitationis, uno lapſu corruunt ſimul, qvæ ex ipſo deſumpta ſunt conſectaria.

84. Per id, qvod aliqvis exercet Jdictionem omnimodam, omnesq;, aut plurimas ſuperioritatis particulas in terris, in feudum conceſſis, non ceſſat vinculum ſubjectionis & obſeqvii, etiamſi per exercitium illud ſuperioritatis magiſtratus perſonam ſuſtineat.

85. Qvorum poteſtas & Jdictio per participationem dependet à ſuperiori, illi hujus ſubditi ſunt, abſolutè ſic dicti.

86. Nullatenus implicat contradictionem, exercere Jdictionem omnimodam in terris, ab altero conceſſis, & eſſe ſubditum illius, abſolutè ſic dictum.

87. Dilutiones Reſponſionum ad Rationes noſtras decidendi.

88. Uſus diſtinctionis Juramenti in reale & perſonale ex mente diſſentientium proponitur.

89. Magiſtralem eſſe hanc diſtinctionem & ineptam demonſtratur.

90. Qvodcunq; non adficit rem, nec ab illâ adficitur, illud non poteſt eſſe reale.

91. Juramentum non adficit rem, ſed perſonam jurantis.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-40419-p0037-8

92. *Diſtinctionem Juramenti in reale & perſonale nec in ipſâ juramenti eſſentiâ, nec in objecto circa qvod fundatam eſſe, oſtenditur.*

93. *Juramentum non à re, ob qvam præſtatur, ſed ab obligatione ejus, qvi præſtat, denominationem ſuam accipit.*

94. *Refutatur diſtinctio juramenti in reale & perſonale ab abſurdo conſeqventi.*

95. *Juramentum ſubjectionis omnimodam involvit ſubjectionem atq; obedientiam tam in realibus, qvàm perſonalibus.*

96. *Comites, Barones & Nobiles immediatos Electorum ac Ducum Saxoniæ non præſtare juramentum, qvod Diſſentientes vocant reale, ſed perſonale, ex ipſa juramenti formula oſtenditur.*

97. *Error, qvem Comitibus illis ac Baronibus adſcribunt Diſſentientes, in Jure noſtro dicitur ignorantia ſupina, diſſoluta negligentia, nimia ſecuritas, ignorantia vincibilis, adeoq; planè non excuſat.*

98. *Metus eſt objectum excuſationis & reſtitutionis, non tamen qvilibet, ſed is, qvô, alterius violentiâ, illatô, aliqvis ad gerendum, ſeu agendum aliqvid compellitur.*

99. *Ubi ceſſat vis atrox, qvæ adverſus bonos mores fit, & qvâ qvis compulſus aliqvid fecit, ibi ceſſat qvoq; metus, reſtitutionis objectum.*

100. *In minis & juſſis Electorum ac Principum ceſſat metus, qvi reſtitutioni alioqvin obnoxius eſt.*

101. *Refellitur argumentum Diſſentientium, à culpâ Legatorum deductum.*

102. *Ejus, qvod contra mandati fines geſtum eſt, vitium purgatur per reſtitutionem.*

103. *Ratihabitio in omnibus mandato æqviparatur.*

104. *Oſten-*

104. *Oſtenditur, Comites ac Barones ratihabuiſſe id, qvod Diſſentientes ipſis imputant culposè factum.*

105. *Proteſtatio conſervat* Jus *Proteſtantis, niſi ipſi facto ſit contraria.*

106. *Proteſtationem Legatorum Comitum ac Baronum facto fuiſſe contrariam, demonſtratur.*

107. *Definitio Landſaſſii perperàm & nimis confidenter repetitur à Diſſentientibus ab Etymologiâ vocabuli, qvippè qvod periculoſa illa & multis Imperii conventibus ſollicitè qvæſita, nondum tamen inventa ſit.*

108. *Domicilium conſtituitur tripliciter, ita ut per ſingulos hoſce tres modos, ſine vinculis & adminiculis ullis aliis, ſubjectio in perſonalibus inducatur.*

109. *Comites ac Barones, Domûs Saxonicæ vaſallos, habere domicilium in provinciis Saxonicis, ac proinde verè eſſe Landſaſſios & ſubditos, ex confeſſione Diſſentientium propriâ evincitur.*

110. *Qvod qvis per alium facit, id ipſe feciſſe videtur.*

111. *Inſtantia Diſſentientium proponitur & convincitur.*

112. *Ex ſolâ poſſeſſionis cauſâ non contrahitur domicilium, ſed neceſſe eſt, ut qvis unà cum habitatione animum declaret.*

113. *Animus inhabitandi & contrahendi domicilium in provinciis Saxonicis declaratus fuit ſatis per majores Comitum ac Baronum inhabitantium.*

114. *Heres ſuccedit in omne* Jus*, qvod defanctus habuit activè & paſſivè, indeq́ non debet nec melioris, nec deterioris conditionis eſſe, qvàm autor ſuus, à qvo* Jus *in ipſum tranſiit.*

115. *Concluditur ex præmiſſis contra Comites & Barones.*

116. *Refellitur argumentatio Diſſentientium, qvâ evincere conantur,*

*tur, comparuiſſe Comites ac Barones in diætis provincialibus, non ut ſubditos, ſed ut Vaſallos, coram Dicaſteriis autem ex prorogatione Judicis.*

117. *Refutatur Ratio Diſſentientium, qvâ dicunt, ſe appellâſſe Electorem & Saxoniæ Duces territorii Dominos*, **gnädige Erbherren und Landes-Fürſten** / *partim reſp. bonorum feudalium, partim ex errore.*

118. *Reſpondetur rationi diſſentientium, qvâ negant, ſe teneri ſolvere collectas Electoribus & Saxoniæ Ducibus, & oſtenditur ex textu Receß. Imper. poſito, qvod antea rariſſimè ſolverint, ad ſolvendum tamen teneri.*

119. *Demonſtratur remiſſivè ad ſuperiora, nullum creari Imperatori præjudicium ex eo, qvod Status qvidam immediati aliis Statibus ſubjiciant.*

120. *Conſilii concluſio & expreſſa propoſitæ qvæſtionis adfirmativæ Deciſio.*

1 ARduum ſanè thema in theſi, in hypotheſi autem ſatis inter diverſiſſimos Imperii Status dudum controverſum; Nam & in conventu Deputatorum Imperii ann. prioris ſeculi 86. acriter idipſum agitatum oſtendit

*Petr. Weſenb. Conſil. 49. num. 5. & 11.*

inter nova tamen dubia Anni 1594. illud rejectum eſſe, & indeciſum manſiſſe, teſtatur

*Adrian. Gylmann. in ſymphoremat. ſupplemẽt. Tom. 3. p. 325.*

qvod infortunium denuò expertum hoc thema in conventu Deputationis Ann. 1600. qvemadmodum docet Receſs. Deputat. dict. ann. **zu Speyer. §. es haben uns auch unſere Käyſerl.** Commiſſarien. 153. ut adeò imperii concluſum, **ein Reichs**

concluj-

concluſum, arduæ huic qvæſtioni, jure ejus merito, exoptet

*Theodor.* Reinking *de R. S. & E. lib. 1. Claß. 5. cap. 10. num. 35.*

Eqvidem voto huic facilè ſuffragor, vel ideò, qvòd tam 2
variantes & diſcrepantes non in Germaniæ ſolùm Academiis diverſis, ſed in ipſis JCtorum ac Scabinorum collegiis de eâ extent Doctorum opiniones, ut nemo, niſi qvi in conſulendo & reſpondendo eas trutinare debuit, varietatis illius idoneus teſtis eſſe poſſit. Exemplo tamen ejus eſſe 3
poterit Conſiliorum meorum Tomi I. Conſil. XLI. in qvo, ad reqviſitionem Illuſtris Domini à Schönburg zu Glaucha / Facultas Noſtra ad Negantium partes inclinare videtur. Qvæ verò mea opinio in conſulendo & reſpon- 4
dendo de hâc qvæſtione ſit, non ſolùm antea publicis ſcriptis propoſui, ſed operæ etiam pretium duxi, accuratiùs eam exponere. Nec enim Facultas noſtra, re ulteriùs & maturiùs deliberatâ, à me diſſentit. Conſpicuum ergò eſt, & 5
ex ſubſeqventibus clareſcet, me, qvod qvidam putaverunt, nunqvam negativam fuiſſe amplexum. Ut autem affirmantium accederem cohorti, ſeqventes me antehac moverunt rationes, &, ne ab eis diſcedam, etiamnum movent.

## RATIONES DECIDENDI.

QVia Comites hi, Barones ac Nobiles viri, ſubditi ſunt 6
laudatiſs. Electorum ac Ducum Saxoniæ, qvorum beneficio bona ejusmodi poſſident, qvod probatu difficile non eſt; Etenim (1.) præſtant ipſi Electori & Saxoniæ Ducibus Juramentum ſubjectionis, ſeu Adſecurationis, die Erb- und Landeshuldigungs-Pflicht / diſerteqve in formulâ illius

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-40419-p0041-0

illius promittunt, daß ſie wollen Ihr Chur- und Fürſtl. Durchl. und Ihren Erben und Nachkommen / getreu / gewärtig und gehorſam ſeyn / Ihrer und Ihrer Erben Frommen / Ehr und Nutz födern / Schaden warnen und wenden / nach Ihrem beſten Vermögen / auch ſonſt alles andere thun / halten und laſſen / was ein getreuer Unterthaner / gegen ſeinem Landesfürſten und Obrigkeit / von Gottes / auch Gewonheit und Rechtswegen / zu thun

8 ſchuldig iſt; Ejusmodi verò homagium præſtare, eſſe nihil aliud, qvàm Jdictioni Principis ſe ſubjicere, eumqve in omnibus pro judice ſuo agnoſcere, oſtendunt

*Gylmann. in ſymphoremat. p. 1. tit. 2. vot. 1. num. 117. pag. m. 95. & Andr. Gail. de Arreſt. imper. cap. 7. num. 10. & ſeqq.*

9 Qvod uno verbo vocatur hodie Landſaſſerey / qvæ perſonam jurantis activè & paſſivè ſeqvitur, ut umbra corpus, qvod disertè ſatis exprimit

*Beſold. in Theſaur. practic. verb.* Landſaſſen /

10 ubi: In multis locis, da die Landſaſſerey im Gebrauch / ita eſt receptum, ut qvis bona poſſidere neqveat ſine qvalitate onerosâ ſubjectionis, es muß eo ipſo der poſſeſſor auch ſeine Perſon obligiren / und ſich zu einem ſubdito Ligio machen / qvæ verba Beſoldi laudat & comprobat

*Maximilian. Fauſt. ab* Aſchaffenburg *Conſil. pro Aerar. Claß. 4. Conſil. 139. Ordinat. 290. circ. fin.*

11 Ex qvo ſponte ſuâ procedit, qvòd Landſaſſii & ſubditi comparere teneantur in tribunali, müſſen bey ihrem Landes-Fürſten Recht nehmen / tàm in perſonalibus, qvàm realibus, activè & paſſivè, ſive immediatè in Aulâ, ſive in curiâ provinciali diſceptetur cauſa, ut appellatio ad Principem poſtea devolvatur; Hoc enim annexum eſt der Landes-Fürſtlichen Hoheit / daß ein Landes-Fürſt über Landſaſſen unter den Landſaſſen richte /

*Matth.*

*Matth. Wehner. in practic. obſerv. verb.* Landſaſſen.
qvod & evincunt Acta Ortenburg contra Beyern
*fol. 472. in fin. Jung. Menoch. remed. 3. retinend. poſſeſs. num. 585. Socinus Sen. Conſil. 178. num. 19. lib. 2. Meichſner. tom. 2. lib. 2. Deciſion. ult. num. 128. Caſp. Ziegler. in §. Landſaß. Concluſ. 1. num. 145.*

Ad ſummam, Landſaſſius habendus eſt pro verè ſubdito, 12
ſive homine Jdictionali, cui in omnibus præcipi ac man-
dari poteſt à domino territorii, qviqve alterum agnoſcit
ac nominat ſeinen Erbherren und Landes-Fürſten/ eiqve obe-
dientiam omnem promittit, omniqve modo Jdictioni do-
mini ſeſe ſubjicit. Vid. poſt Meichſnerum, Schvvanman.
Rüdinger. alioſqve

*Beſold. p. 5. Conſil. 233. num. 14. & 15. Theodor. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. Claß. 5. cap. 4.*

Id qvod præprimis obtinet in Electoratu cæteriſqve ter- 13
ris Saxonicis, in qvibus introductam eſſe Landſaſſuram,
die Landſaſſerey/ firmiter evincit die Rechts- und Warheits-
gründliche Adſertion und Fürſtellung der in dem höchſtlöbli-
chen Chur- und Fürſtl. Hauß Sachſen und derſelben Landen
von undencklichen Zeiten beſtendig und unverrückt gewöhn-
lich hergebrachten und exercirten Landſaſſerey/ edita Alten-
burg. prior. Ann. 1665. (2.) Probatur illa ſubjectionis 14
qvalitas ex continuatis & ſæpiùs qvietè repetitis actibus
Jdictionalibus & ſubjectionis, veluti, qvòd Comites illi, 15
Barones ac Nobiles ad indicta Comitia provincialia, auff
Landtägen/ ſæpiùs conceptis verbis vocati, perindè ac ſub-
diti alii & Municipales, comparuerint, Mandatiſqve Do-
mini Territorialis in omnibus paruerint, citati tàm in per-
ſonalibus, qvàm realibus actionibus, coram Dicaſteriis

provincialibus comparuerint, ſententiam Dnn. Electorum ac Ducum, vel abſolutoriam, vel condemnatoriam, ſuſtinuerint, omniaqve egerint, qvæ alioqvin ad officium ſubditorum & Municipalium pertinuerint, qvemadmodum plenè & abundè teſtari poſſunt Acta Curiarum Electo-
16 ralium & Provincialium Lipſienſium, Wittebergenſium & Jenens: Jàm verò qvi paret mandatis, & agit ea, qvæ agunt ſubditi, is præſumitur eſſe ſubditus, teſte Pontifice Innocent.

*in c. olim. 12. verb. abſtinuit. num. 2. de reſtitut. ſpol.*

17 (3.) Veram Comitum illorum, Baronum ac Nobilium ſub-
18 jectionem arguit ipſa recognitio ſuperioritatis; Ipſi enim tam expreſſè, qvàm tacitè agnoverunt ſæpiùs Electores & Saxoniæ Duces pro Superioribus ſuis; Et expreſſè qvidem agnoverunt ipſos, dùm in literis ſuis ſubindè ac perpetuò fermè ipſos Dominos Hereditarios, Erb- & Territorii, Landes-Herren und Fürſten/ ſeipſos autem ſubditos fideliſſimos, gehorſame Unterthanen appellârunt; Tacitè verò agnoverunt ſe ſubditos verè tales, qvia non ſolùm litteras inveſtituræ, die Lehnbriefe / & Transactiones, in qvibus Electores & Duces Saxoniæ Dominos Territoriales, ihre Landes-Fürſten genennet / ſed & Recognitiones, qvarum formulæ ſonârunt, auff vorgehende geleiſtete Erbhuldigung und Lehens Pflicht ſind N. Graffen und Freyherren beliehen worden / ſine contradictione acceperunt. Jàm, qvi Superiorem recognoſcit, eo ipſo ſubditum ſe & alterum Superiorem & Dominum eſſe adfirmat.

*Guid. Pap. Deciſion. 272. not 1. & 2. Bartol. in l. qvùm ſcimus. 21. in princ. C. de agricol. & cenſit.*

19 (4.) Indubitatam ac propriam ejusmodi Comitum, Baronum

num ac Nobilium ſubjectionem infert text. eleg. in R. A. zu Augſpurg de Ann. 1548. §. 71. ibi: auch der Graffen von Tübingen halber haben gemeine Stände unſers freundlichen lieben Bruders Bericht und Ausführung / daß Sie / als Graffen des Reichs / ihrer Güter halben / ſo Sie ohne Mittel im Reich haben / gleichwol in des Reichs Anſchläge gezogen werden mögen. Aber der Pfandſchafften / auch eigener / oder Lehngüter halber / ſo ſie von ſeiner Liebden und in derſelben Oeſterreichiſchen Erblanden haben / vom Reich unbeleget bleiben ſollen / zu guten Vergnügen angenommen. Ex qvo textu indubitatè colligi poſſe, dicit

*Petr. Weſenbec. Conſil. ſupr. laudat. 49. num. 12.*

qvòd immediatus Imperii vaſallus, ratione bonorum, qvæ ab alio Imperii Statu recognoſcit, inſtar aliorum Landſaſſiorum, ſubjectus ſit, ac Dominum territorii pro Superiore & Judice agnoſcere debeat; Qvæ ipſa collectio ex dicto Receſſûs textu haut difficulter procedit. Etenim. 20

*Si immediatus ejusmodi Status ratione bonorum, ſub alterius immediati ditione ſitorum, à collectis Imperii,* denen Reichs-Anlagen / *immunis eſt, ac proindè collectas domino territorii ſolvere tenetur, ſeqvitur, qvòd hujus ſubditus verus ſit: Atqvi prius eſt verum, per text. allegatum. Ergò & poſterius.*

Ratio conſeqventiæ in propatulo eſt; Ex jure enim collectandi colligitur ac deprehenditur, penes qvem ſit, vel non ſit Jdictio, adeò ut Jdictio illius eſſe præſumatur, cui ſolvuntur, aut ſolvi debent collectæ, & cui præſtantur, & præſtari debent onera, illius verò non eſſe cenſentur, cui nihil tribuitur atqve ſolvitur. 21

*Socin. Sen. Conſil. 157. num. 12. lib. 2.*

Unde non malè infert F 2 *Andr.*

*Andr. Gail. I. obſervat. 21. num. 9.*

22 illum eſſe Imperii ſubditum, qvi indictiones, contributio-
nes & Imperii collectas, pro parte ſuâ ratâ, qvolibet tem-
23 pore ſolvit, motus autoritate Receſs. ſupr. laudat. §. Wann
auch ein ausgezogener. Qvùm ergò omnes ejusmodi Comi-
tes, Barones & Nobiles, ratione bonorum, qvæ in territo-
rio Electorum & Principum ſita ſunt, & qvæ ab ipſis re-
cognoſcuntur, ſolvere teneantur Electoribus ac Ducibus
Saxoniæ Sereniſſimis, qvemadmodum diſertiſſimè infert
textus, ſupra allegatus, ſeqvitur, qvòd Electorum & Du-
24 cum Saxoniæ veri ſubditi ſint. (5.) Veram ſubjectionem
prædictorum Comitum, Baronum & Nobilium arguit,
qvòd hi in numerum ſubditorum & catalogum provincia-
lium ab Electoribus & Ducibus Saxoniæ relati ſint, unter
die Land- und Unterſaſſen eingeſchrieben worden / & ab omni-
bus pro talibus habiti ſint. Qvod ipſum ſubjectionis ar-
gumentum & documentum certiſſimum eſſe, oſtendit

*Gail. dict. Tr. de Arreſt. imp. cap. 7. num. 14.*

ubi adeò hoc extendit, ut binum actum ſufficere & dictio-
nem, ſæpiùs, in bino actu verificari exiſtimet *num. 15.*
25 Qvòd verò dicti Comites, Barones & Nobiles in catalo-
gum ſubditorum provincialium ab Electoribus & Saxo-
niæ Ducibus relati ſint, ſatis demonſtrant Ordinationes &
Conſtitutiones illorum, in qvibus familiam ducat Ordi-
nat. Electoris Saxon. de Ann. 1623. §. So haben Wir be-
rührte unſere Ordnung. in verb. hiermit Jedermänniglich /
wes Würden und Standes er ſey / beſonders aber unſer ſämbt-
lich-getreuen Landſchafft von Graffen / Herren und Ritter-
ſtande / & Paulò poſt; ernſtlich befehlende / binnen 2. Mona-
ten / nach beſchehener Publication anzurechnen / dieſer unſerer

Gerichts-

Gerichtsordnung in allen Puncten/ Clauſulen/ und Inhaltungen/ ſtrictè und unverbrüchlichen/ ſo wol in procedendo, als pronunciando, nachzugehen. Ejusdem valoris & tenoris eſt mandatum Sereniſſimorum Principum & Ducum Saxoniæ, Dn. Dn. Friderici Wilhelmi & Dn. Johannis, der Policey und Landesordnung de An. 1589. præfixum, in verb. Entbieten allen und jeden &c. Prælaten, Graffen, Herren/ denen von der Ritterſchafft &c. Qvò ſpectat inprimis die Fürſtl. Sächß. gemeine Hoffgerichts zu Jena erneuerte und verbeſſerte Ordnung de Ann. 1653. cap. 17. Wer vor dieſes Hoffgericht geladen &c. in verb. inmaſſen dann hochgedachte Ihre Fürſtl. Gnad. hiermit geſetzet und verordnet haben wollen/ daß auch alle Graffen/ Freyherren/ Ritter und Edelleute/ die den Aemptern nicht unterworffen/ ſondern auff ſonderliche Schrifft der Fürſtl. Cantzeley ſitzen/ auch alle Räthe der Städte und Richter/ die keinem Ampt zugethan ſeyn/ vor dieſes Hoffgericht geladen/ und gerechtfertiget werden mögen; Ex qvibus præmiſſis hæc dilucida procedit argumentatio:

*Qvicunqve ſunt veri ſubditi Electorum & Ducum Saxoniæ, illi in actionibus, tàm realibus, qvàm perſonalibus, coram Judicio illorum Aulico & Provinciali ſtare tenentur. Atqvi Comites, Barones & Nobiles, qvi alioqvin tàm ratione perſonæ, qvàm bonorum immediatè imperio ſubſunt, & tamen bona, jure feudi, ab Electore & Saxoniæ Ducibus recognoſcunt, ſunt veri ſubditi illorum. Ergò in actionibus, tàm realibus, qvàm perſonalibus, coram judicio illorum, vel Aulico, vel provinciali ſtare tenentur.*

Majoris conſeqventia facilè patet ex ipſâ naturâ ſuperio- 26
ritatis territorialis, cujus ſymbolum & κριτήριον infallibile eſt, annexa juſtitiæ adminiſtratio & juris dicendi poteſtas.

*Thom. Michael de Jdiction. Concluſion. 62. Jung. Theodor. Reinking. de R. S. & E. lib. 5. cap. 4. num. 977. & Dn. Johann. Gothofred. Freyer. Conſiliar. Saxo-Vinariens. graviſſ. de ſuperior. Territorial. §. ix. Lit. A.*

Minor ex antecedentibus ad oculum conſtat. Hactenus de Imâ adſertionis ratione. Conſeqvitur

27 II. Qvæ pendet tàm ex univerſali Germaniæ, qvàm ſpeciali Thuringiæ conſvetudine. Ac priorem qvidem pulchrè demonſtrat

*Gail. citat. cap. 6. de Arreſt. Imper. num. 16.*

ubi notorium eſſe adſerit per totam Germaniam, multos eſſe in Imperio Comites & Barones, qvi etſi feuda dignitatum & nobilia ab Imperatore recognoſcant, ideoqve inter Status & Ordines Imperii referantur, tamen, qvia in aliorum Principum provinciis dominia qvoqve & domicilia ſua habeant, eorum reſpectu pro ſubditis illorum Principum indubitatò habeantur, & proindè ad onera & munera talium Provinciarum æqvè ac alii Provinciales teneantur, ut in Auſtriâ, Bavariâ, Saxoniâ, Marchiâ, Haſſiâ, & aliis provinciis tàm Eccleſiaſticorum, qvàm ſecularium Statuum perſonis perſpicuum ſit. De Thuringiæ autem conſvetudine teſtantur JCti hujus regionis præcipui, in qvibus principatum obtinet

*Matth. Coler. de proceſſ. executiv. p. 2. cap. 1. num. 43.*

ubi in terris Saxoniæ indubitatum eſſe ait, per conſtitutionem Thuringicam in ordinationibus Judicii curialis ſub tit. Wer vor das Hoffgericht &c. ubi habetur: qvod omnes Feudatarii, Comites & Nobiles, aliiqve, qvi qvoqvo modo poſſident bona in Provinciâ, tenendo ibi focum & ignem, die des Orts Feuer und Rauch halten/ ſive

in perſonâ, ſive aliter, h. e. per familiares ſuos, habitent, aut ſi majorem partem fortunarum eò loci posſideant, non obſtante, qvòd alibi fortè fixerint domicilium ſuum & larem ſuum foveant, in hoc territorio forum ſortiantur. Idem ſentit Daniel Moller. conſvetudinum Saxonicarum Obſervator ſtrenuus,

*p. 1. Conſtit. Electoral. Saxonic. 3. num. 1.*

cui adſtipulatur

*Berlich. ibid. num. 3.*

ubi diſertisſimè tradit, qvòd Comites & alii, qvi feudum, vel ſaltem inveſtituram ſimultaneam ab Electore Saxoniæ recognoſcunt, etſi ſub eo domicilium non habeant, posſint in perſonalibus ad ſupremum Curiæ judicium citari, & ibidem parere teneantur; Et addit, qvòd citatio ad domum fieri posſit, i. e. in feudo, qvod ab Electore aut aliis Saxoniæ Ducibus recognoſcunt, qvamvis extra territorium Electoris (aut aliorum Saxoniæ Principum) habitent, & neminem domi reliqverint; indeq; Vaſallos admonet, ut aliqvem domi relinqvant, qvi ejusmodi citationem ſtatim ad eos deferat, ne in contumaciam, vel aliam pœnam incidant, per text. in Churfürſt. Moritz Landes-Ordnung de Anno. 1550. tit. Wer vor das Hoffgericht ꝛc.

Qvòd ſi ergò conſvetudo Jus facit, vimq; legis habet, 28 qvin & Juri communi derogat, qvemadmodum patet

*ex l. 32. π. de LL. Jung. Bartol. in l. viros. 8. in fin. C. de diverſ. off. lib. 12.*

pateſcit certè, teneri ejusmodi Comites, Barones & Nobiles, præter rationes Juris, ſuprà allegatas, tàm ex univerſali Germaniæ, qvàm ſpeciali Thuringiæ conſvetudine.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-40419-p0049-8

ne. Qvâ motus obſervantiâ & conſvetudine Elector Saxoniæ, Chriſtianus II. glorioſæ recordationis, jàm anno hujus ſeculi undecimo, ſpeciali Reſcripto, injunxit ſupremo Appellationum Judicio, ut obſervantiæ huic in pronunciando firmiter inſiſterent, apud

*Dn. Carpzov. lib, 6. Reſponſor. Jur. Electoral. 115. Tit. 10. num. 23.*

29 III. Sententiam hanc amplector ideò, qvia ex contrariâ ejus multa inconvenientia, turbæ & periculoſa præjudicia Imperii Statibus accidunt; Id qvod emphaticè admodùm exprimit laudatus

*Petr. Weſenbec. dict. Conſil. 49. num. 10. ubi:*

Uber dieſes / da man das reqviſitum, vel qvalitatem bey beyden Conſtitutionen (de pignorat. & Arreſt.) perſonis appoſitam, circa res & bona nicht pro repetitâ halten wolte / was würden den hohen fürnehmen Gliedern des Heiligen Reichs für unträgliche abſurda daraus erfolgen? Was were auch einem gemeinen Landſaſſen geringers / oder leichters / dann ſich in Francken / oder Schwaben mit einem freyen Reichs-Sitz einzukauffen / und hernach Cammer-Gerichts-Mandata zu erlangen / ſeinem Landes-Fürſten allen Trutz / Hohn und Ungehorſam zu erzeigen? Ja durch der Conſtitutionen / und darinn geſetzten Wort / ohne Mittel / auff die Perſonen allein reſtringirten Verſtand / und demnach ausgebrachten Mandaten würde nicht allein des Reichs Chur-fürſten und Ständen / zuförderſt Käyſerl. Majeſt. ein unleidliches præjudicium und Eingang (inmaſſen jetzt angedeutet) in ihrem Statu gemachet / Schmälerung ihrer erſeſſenen præeminentz, ſolcher Landes-Fürſtlichen Obrigkeit / ſuperiorität dero habenden Land und Leute zugezogen / ſondern auch infinitæ

nitæ aliæ confuſiones durch das gantze Reich angerichtet und geſtifftet werden ꝛc. Jam verò abſurda fugienda, & malitiis hominum ac periculoſis eventibus minimè indulgendum

*l. in fundo. π. de R. V. l. non eſt ſingulis. π. de R. J.*

Non ergò ſine cauſâ pro hâc adfirmativâ in Reviſorio 30
pronuntiatum fuiſſe in cauſâ Ortenburg contra Bayern/ teſtantur

*Thom. Mich. de Jdiction. Concluſ. 58. & Gylmann. rer. in Camer. judicatar. lib. I. Deciſ. 46.*

qvemadmodum etiam ante hos qvinqvaginta annos *menſ. Jun. Ann. 1608.* pro eâ in noſtro Collegio, ad reqviſitionem Hanſen Gauers Erben zu Diſſarth/ pronuntiatum fuit.

## RATIONES DUBITANDI.

QVàm vera autem hæc, & in fundamentis Juris opti- 31
mè fundata ſint, non defuerunt tamen, qvi rationibus hiſce dicam ſcripſerunt, Anteceſſores Academiæ cujusdam celeberrimæ, Conſilio qvodam, typis expreſſo, in cauſâ Perilluſtrium Comitum de Schwartzburg contra Sereniſſimam Domum Saxonicam, in qvo non ſolùm rationes, anteà allatas, deſtruere, ſed & peculiares in contrarium adducere præſumſerunt.

Ac I. qvidem XIV. rationibus decidendi operosè adſtruere conantur, eſſe ejusmodi Comites, Barones ac Nobiles Status Imperii immediatos; Jàm verò Jdictio territorialis 32
alterius Principis ad Status Imperii immediatos haut extenditur.

*Gylmann. in ſymphoremat. Supplicat. Cameral. p. 1. lib. 3. de relig. num. 34.*

33 Ideò enim dicuntur immediati, qvia ſolum Imperatorem, vel Cameram, ob Jdictionis concurrentiam, recognoſcunt, atq; hoc primum adæqvatum & ſubſtantiale ſignum eſt, qvô immediati diſtingvuntur à mediatis, Landſaſſen/ oder Landſtänden/ in tantum, ut immediatus qvidem poſſit à Principe Imperii feudum recognoſcere, qvô ipſô tamen Principi illi nulla concedatur, aut comparetur Jdictio, & Superioritas in perſonam vaſalli, aut ipſius bona, ejusqve ſubditos, niſi duntaxat ratione controverſiarum, feudum concernentium.

*Roſenthal. de feud. cap. 5. concluſ. 78. num. 9. Matth. Steph. de Jdiction. lib. 2. p. 1. cap. 7. num. 177. & ſeqq.*

Atqvi ex hoc principio, ſeu fonte multa derivant Diſſentientes conſectaria alia, veluti, qvod in ratione decidendi XXII. adducitur; Es ſey in dieſen übergebenen Stücken und Gütern duplex Jdictio zu conſideriren/ activa & pas-
34 ſiva; Activam habuiſſe Comites, at paſſivam habere Imperatorem; Qvicqvid enim eſt in territorio Romani Imperii, id qvoqve eſſe ſub Jdictione Imperatoris, ſive bonum allodiale ſit, ſive feudale. 2. F. 54. qvia Imperator, ratione protectionis & univerſalis Jdictionis, totius orbis ſeu mundi Dominus vocatur. Et propterea, qvi ſummo Principe inferior eſt, non præſumitur habere Jdictionem, qvia omnis Jdictio eſt penes ſummum Principem, & conſeqventer, qvi dicit, ſibi Jdictionem à Principe conceſſam, id probare debet; Ex qvo tandem ſeqvi, ut comites ejusmodi, Barones & Nobiles, in præjudicium Imperatoris, à Jdictione ejus ſe eximere, & Landgraviis ſe ſubjicere non potuerint. Ex principio, ſuprà memorato, procedit ulteriùs, qvod in ratione decidendi XXVI. proponitur, nemi-

neminem juri ſuo renuntiare præſumi, qvùm renuntiatio 35
Juris ſit donatio qvædam, qvæ in dubio non præſumatur; Multò autem minùs præſumi renuntiationem, qvæ non 36
eſt veriſimilis. Nun aber ſey aller Vermuthung entgegen/ daß die Graffen und Freyherren ſich ihrer habenden Rechten und Privilegien begeben haben/ dergeſtalt/ daß ſie nicht mehr Reichs-Stånde/ oder Glieder des Reichs/ ſondern auch für ihre Perſon den Land-Graffen in Thüringen unterworffen ſeyn wollen. Unde Ducibus Saxoniæ incumbere, ut probent, Comites ejusmodi ac Barones, hâc oblatione Statum ſuum mutâſſe, & ex Comitibus ac Baronibus Imperii ſimpliciter Ducum ſubditos eſſe factos. Ex principio ſupra allato deducunt porrò Ration. Decidendi XXXVIII. in qvâ diſtinguunt cauſas: Aut enim agi de illis qvæſtion. qvæ perſonas & bona Comitum, tanqvam Statuum Imperii, vel tanqvam Statuum Thuringiæ & Vaſallorum concernunt; in priori caſu ſolius Imperatoris auxilium eſſe implorandum, & motas controverſias vel ab ipſo, vel à Camerâ, vel vigore der Austråge/ decidendas. Aber in dem andern Fall/ wie nemlich die Chur- und Fürſten zu Sachſ. de perſonis & rebus Comitum, tanqvam Statuum Thuring. & Vaſallorum ſuorum handlen/ ſo weren die Grafen ſchuldig in dieſen Sachen vor den Chur- und Für ſten zu Sachſen Red und Antwort zu geben/ qvia non tantùm propter bona feudalia, in Thuringiâ ſita, ſint Status Thuring: & Principum Saxoniæ vaſalli, ſed etiam, ratione domicilii, horum qvodammodo ſint ſubditi; Nihilominus, qvia Comites Status imperii, idcircò ob dignitatem, qvoad perſonas, ubicunqve habitent, Domino loci, ut merè ſubditos, non ſubjici: Præthereâ Diſſentientes in Ratione decidendi XXIV. ex.

L. 2 Feud: T. 4. ad colorandam ſententiam ſuam, inferunt: Qvemadmodum, qvi allodium ſuum vendiderit, diſtrictum & jurisdictionem Imperatoris vendidiſſe non præſumatur; nec, ſi vendere qvis velit juriſdictionem Imperatoris, valeret: Ita nec Comites, Principibus bona ſua in Feudum offerentes, in eos jura Superioritatis transferre, utpotè cùm jura illa non ad Comites, ſed Imperatorem pertineant.

Ex qvibus omnibus, in unum collectis, provenit hæc ratiocinatio.

*Qvicunqve ſunt imperii ſubditi immediati, illi non poſſunt eſſe Electorum ac Ducum Saxoniæ Landſasſii & ſubditi, etiamſi vellent. Atqvi Comites ac Barones illi, qvi ab Electore & Saxoniæ Ducibus bona qvædam feudalia recognoſcunt, ſunt Imperii ſubditi immediati. Ergò non poſſunt eſſe Electorũ ac Ducum Saxoniæ Landſasſii & ſubditi, etiamſi vellent.*

Minorem operosè probare conantur XIV. rationibus in conſilio ſuprà allegatô.

37 II. Diſſentiunt Conſulentes illi ideò, qvia is, qvi alterius vaſallus eſt, ſe in illis alteri tantùm ſubjicit, qvæ feudum concernunt, non etiam in illis, qvæ vaſalli perſonam contingunt. Ex qvo principio plurima conſectaria alia deducunt Diſſentientes, veluti id, qvod adducitur in Ratione Decidendi XXVIII. aliud eſſe, offerre alicui Jdictionem, qvam habet in ſubditos, & eandem ab eodem in feudum recognoſcere, & aliud perſonam ſui alicujus Jdictioni ſimpliciter & abſolutè ſubjicere. Prius factum eſſe à Comitibus, qvia id voluerunt. At poſterius non item, qvia id non volueruut, & qvia, in præjudicium Imperatoris, id facere non potuerunt, qvibus verbotenus penè concordant,

dant,

dant, qvæ adducuntur in ratione decidendi XXIX. &
XXX. Ex hoc principio, ſuprà allat. porrò Diſſentientes
eliciunt, qvod in ratione decidendi XXXI. adſerunt, Va- 38
ſallum & ſubditum inter ſe differre, nec feudi conceſſionem
ſimpliciter aliqvem facere ſubditum, ſed vaſallum Domini
ſubditũ tùm, ratione feudi, nominari, qvia Dominus, ratione
feudi, in vaſallum Jdictionem habet, &, qvod præterea in
ratione decidendi XXXII. extat, ex eo, qvòd Comes ali-
qvis, vel civitas aliqva, aut caſtrum, qvoad qvædam, ſe
pro ſubdito gerat, non ſeqvi, qvod etiam in aliis Comes
fiat ſubditus, aut civitas ſubdita; Sicut enim caſtrum, ſub-
jectum certis pactis & conditionibus, in aliis remaneat li-
berum; ita non immeritò Comitem, qvi ſe alteri, certis con-
ditionibus, ſubjecit, in reliqvis manere liberum. Qvò per-
tinet porrò, qvod in ratione decidendi XXXVI. objici-
unt ſententiæ noſtræ Diſſentientes; inveſtituræ tenorem ſem- 39
per eſſe inſpiciendum & obſervandum, eumqve non eſ-
ſe facilè reſtringendum, vel extendendum, ſed verba,
prout ſonant, eſſe accipienda. Qvod enim contractus non 40
dicit, nec nos dicere debemus; Nun aber finde ſich in in-
veſtituris, daß die Graffen das jenige zu leiſten verſprochen/
was ein Lehnmann gegen ſeinem Herren von Rechtwegen zu
leiſten ſchuldig iſt: Es finde ſich aber mit keinem Wort/ daß
ſie merè ſubditi, oder Landſaſſen ſeyn ſollen. Deniqve ex
principio Diſſentientium, ſupra allato, procedit Ratio il-
lorum decidendi XXXIX. ubi: vaſallum, qvi ſub Jdictio- 41
ne Domini non habet domicilium, ratione qvidem feudi
domino eſſe obligatum, coramqve eo forum ſortiri, ſed
non etiam ſubditum ejus propriè dici poſſe, qvia feudum
non det imperium Domino feudi in vaſallum. Conceſſio 42

enim feudi eſt contractus reciprocus inter Dominum & vaſallum, ex qvo contractu nullum reſultet Imperium in
43 vaſallum; Sic etiam Clericum forum Laici ſortiri, ratione feudi, non tamen eſſe ſubditum Domini feudi, ſi ſub Jdictione non habitet. Et propterea forum ſortiri, vel legibus loci allegari, paria qvidem eſſe; Aſt forum ſortiri & ſub-
44 ditum eſſe, diſparia eſſe.

Qvæ omnia in unum idemqve & qvidem ſeqvens redeunt argumentum.

*Qvicunqve ſunt Electoris & Ducum Saxoniæ vaſalli, illi, ex capite vaſallagii, non ſunt eorum Landſaßii & ſubditi, abſolutè ac verè ſic dicti.*

*Atqui Comites, Barones & Nobiles immediati, bona quædam certa ab Electore & Ducibus Saxoniæ, jure feudi, recognoſcentes, ſunt illorum vaſalli.*

*Ergò, ex capite vaſallagii, non ſunt illorum Landſaſſii & ſubditi, abſolutè ac verè ſic dicti.*

45 III. Diſſentientium ratio pendet ex eo, qvòd Comites illi ac Barones inveſtiti ſint cum Jdictione omnimodá, haben ihre eigene Geiſtliche Conſiſtoria und Gerichte / vociren Kirchen- und Schuldiener / laſſen dieſelbe ordiniren / haltē Kirchenviſitationes, ſynodos, inſpection der Geiſtlichen Güter / und exerciren andere mehr actus, Juri Epiſcopali adnexos, haben ihr eigenes Archivum, und Landes-Regierung &c. Hinc ratio colligendi:

*Qvicunqve habet Jdictionem omnimodam in terris, in feudum conceſſis, omneſq; exercet particulas Superioritatis, ille non poteſt, reſpectu illorum bonorum, eſſe Landſaßius Electorum ac Ducum Saxoniæ.*

*At-*

*Atqvi Comites illi ac Barones habent Jdictionem omnimodam in terris, in feudum conceſſis, omnesq; exercent particulas Superioritatis.*

*Ergò non poſſunt, reſpectu illorum bonorum, eſſe Landſaſſii Electorum ac Ducum Saxoniæ.*

# RESPONSIONES DISSENTIENTIUM AD RATIONES DECIDENDI.

HUcusque de rationibus Diſſentientium propriis, contra ſententiam noſtram allatis; jàm diſpiciendum 46
erit, quid rationibus noſtris decidendi reponant ipſi, & quemadmodum illas infringere laborent. Ac quoad membrum quidem (1.) Rationis noſtræ decidendi Primæ reſpondent Diſſentientes in Reſp. XI. ad rationes 47
dubitandi, diſtingvendo homagium, ſeu juramentum ſubjectionis in reale & perſonale; Nun hätten zwar die Graffen die Erbhuldigungs-Pflicht denen Chur- und Fürſten zu Sachſen geleiſtet/ aber allein das Homagium reale, und nicht perſonale. A quâ reſponſione paulatim abeunt Diſſentientes in ſolutione II. Rationis dubitandi Quæſtionis alterius in dict. Conſil. &, relictâ propoſitione majore, ad minorem reſpondere præſumunt quintupliciter:

Erſtlich ſey man nicht bekendlich/ daß der Graffen Vor- 48
fahren denen Chur- und Fürſten zu Sachſen iederzeit die Erbhuldigung geleiſtet/ dann ante 1531. befünden ſich keine veſtigia. Doch geſetzet/ es hetten etzliche Graffen die Erbhuldigung geleiſtet/ ſo were doch daſſelbe ex errore geſchehen/ dieweilen ſie nicht verſtanden/ was hiermit geſuchet würde/ Er- 49
rantis autem & ignorantis nullus conſenſus,

per

*per l. ſi per errorem. 15. π. de Jdiction.*

Zum andern hetten die Grafen iederzeit die Gewalt und Vollmachten/ welche ſie ihren Abgeſandten zur Lehn-Empfängnüß zugeſtellet/ alleine auff die Lehnpflicht/ und nicht auff die Erbhuldigung gerichtet; Derohalben/ ob wohl hernach die Abgeſandten mit Drauungen dahin gebracht worden/ daß ſie/ nach der Lehnpflicht/ auch die Erbhuldigung geleiſtet/ ſo ſey doch ſolche geleiſtete Erbhuldigung dafür zu ach-
50 ten/ als ob ſie nicht geſchehen wäre/ Si enim Procurator, ad unam rem peragendam conſtitutus, officium mandati egreditur, id, qvod geſſit, nullum Domino præjudicium facere potuit, ut reſcripſit Imp.

*Alexander in l. ſi procurator. 70. C. de procurator.*

Imò mandati lex diligenter eſt ſervanda, aliàs nihil agitur.

*l. qvum mandati. 20. C. mandat. vel contr.*

51 Zum dritten/ Juramentum ſubjectionis, violenter & meticuloſè exactum, non inducere ſubjectionem. Nun aber ſeyen die Gräfl. Anwälde mit vielen Drohungen zu der Erbhuldigung genöthiget worden/ in dem ſonderlich ſich die Chur- und Fürſtliche Sächſiſche Anwälde haben vernehmen laſſen/ man würde den Herrn Grafen ihre Lehn-Güter entziehen/ wann ſie nicht die Erbhuldigung leiſten würden. Ergò. Zum vierdten/ ſo haben die Gräflichen Anwälde iederzeit proteſtiret/ daß ſie ihren Gnädigen Herrn/ mit Leiſtung der Erbhuldigung/ an ihren Rechten nichts wollen begeben haben/
52 Proteſtationem autem conſervare Jus proteſtantis. Zum fünften/ wann die geleiſtete Erbhuldigung de homagio reali verſtanden wird/ juxta rectè deducta, ſo könne es dem andern kein Nachtheil geben; Ex his itaq; colligitur:

Qvod-

*Qvodcunqve juramentum violenter & meticuloſè extortum præſtitum eſt à legatis Comitum, ad id non inſtructis, illud nullum Comitibus præjudicium facere, nec ſubjectionem inducere poteſt.*

*Atqvi juramentum,* die Erbhuldigung/ *à Comitum Legatis præſtitum, eſt tale.*

*Ergò nullum Comitibus præjudicium facere, aut ſubjectionem inducere poteſt.*

Deindè ex primo illo membro Rationis noſtræ decidendi Imæ negant Diſſentientes firmiter, tùm in Ratione ſuâ decidendi XXXVII. Qvæſtion. Imæ, tùm in Ratione decidendi Ima Qvæſtionis alterius dict. Conſil. Comites illos ac Barones eſſe Landſaſſios, ex ratione, qvòd Landſaſſius, ein Landſaß/ propriè dicatur reſpectu derer 53
Güter/ darinnen Er ſitzet/ & ita Landſaß propriè vocetur ſubditus, qvi in provinciâ larem, ſeu domicilium habet, qviqve in provinciâ habitat, der in den Land-Gütern ſitzet/ und ſeine Wohnung hat/ ut Etymologia & uſus vocabuli hujus oſtendit. Minùs autem propriè vocari illum Landſaſſium, welcher gleichwol Land-Güter hat/ aber in denſelben ſich nicht häußlichen aufſhält; Huic enim nec Etymologiam vocabuli, nec uſum communem convenire; Et certè, ſicut 54
nec patrem ſine prole, ſic nec Landſaſſium ſine prædio & domicilio dici poſſe. Hinc ratio colligendi:

*Qvicunqve non habet larem, aut domicilium in provinciis Saxonicis, ille non poteſt eſſe Landſaſſius Saxonicus.*

*Atqvi Comites & Barones, feuda ab Electore & Saxoniæ Ducibus recognoſcentes, non habent larem ac domicilium in provinciis Saxonicis.*

*Ergò non poſſunt eſſe Landſaſſii Saxonici.*

Majoris conſeqventiam ex Juribus allatis , Minorem ex evidentiâ conſtare , qvia pauciſſimi illorum Comitum ac Baronum habitent , reſidiren , in terris illis Saxonicis. Porrò ad (2.) membrum rationis noſtræ decidendi 1. reſpondent Diſſentientes in R. ſuis ad Ration. Dubitand. XXII. dict. Conſil. Erſtlich / daß die Grafen dergeſtalt den Chur- und Fürſtl. mandatis jemahls pariret / ſey unerfindlich. De-
55 inde confitentur Diſſentientes: weren ſie zwar auff die gehaltene Land-Tage erfordert / und beſchrieben worden / nicht als merè ſubditi, ſed tantùm vaſalli. Derohalben / daß ſie / auff Erforderung / ihren Lehn-Herren zu unterthänigen Ehren / erſchienen / das hetten Sie / als vaſalli, gethan / denen / ratione præſtitæ fidelitatis, gebüret / auff ihrer Lehn-Herren Erfordern / ſich einzuſtellen / juxta ea , qvæ habentur

*lib. 2. F. tit. 5. de form. fidelit. & tit. 6. de nov. form. fidelit.*

Dieſe obedientia aber / dieweiln ſie allein / ratione feudi, geſchehen / könte und ſolte billich nicht weiters extendiret werden. Es weren aber die Grafen nicht ſimpliciter erſchienen / ſondern cum proteſtatione , und hetten ſich den Landſtänden nicht conjungiret / vielweniger aber ſie die bewilligte Landſteuren / oder onera provincialia mit tragen helffen / ſondern jederzeit begehret / Sie bey ihren alten habenden Gerechtigkeiten bleiben zu laſſen / wie dann geſchehen. Qvod præterea in hoc membro ſecundo Rationis noſtræ Decidendi Imæ adſeritur, Comites, Barones ac Nobiles citatos tàm in perſonalibus , qvàm realibus actionibus coram Dicaſteriis Provincialibus comparuiſſe, & ſententiam Dni Electoris ac Ducum Saxoniæ, vel abſolutoriam vel, condemnatoriam, ſuſtinuiſſe &c. id ipſum diluere conantur Diſſentientes

tes

ces in Reſponſ. ad ration. dubitandi XXIII. dict. Conſil. hoc pacto: daß die Graffen/ auff Anruffen der Partheyen/ vor den Chur-und Fürſten zu Sachſen/ zu Recht geſtanden/ das ſind ſie bekentlich/ aber nicht geſtendig/ daß ſie deshalben der Chur-und Fürſten zu Sachſen Landſaſſen und Unterthanen ſeyn/ dann ſie haben dieſes nicht coactè/ ſondern gutwillig gethan/ und Ducum Saxoniæ Jdictionem prorogiret. Poteſt enim Jdictio Judicis Ordinarii, ad certas perſonas 56
limitata, etiam ad alias perſonas, Jdictioni minimè ſubjectas, prorogari, & hæc prorogatio non ſolùm expresſè, 57
ſed etiam tacitè fieri poteſt: Expreſſè, ut, ſi duo expreſſo conſenſu ſe alterius Jdictioni ſubjiciunt, ac tacitè, ut, ſi qvis patitur, ſe coram Judice incompetente conveniri, & forum ejus non declinare; Hanc autem Jdictionis proro- 58
gationem ex eo præſumi & probari, qvòd Comites ſint Status Imperii, ac immediatè Imperatoris Jdictioni ſubjecti; Et propterea coram Ducibus Saxoniæ non potuerint, extra cauſas feudales, ſimpliciter in omnibus aliis cauſis comparere, & illos pro competentibus ſuis Judicibus agnoſcere, qvia hoc fieret in præjudicium Imperii, ut meritò dicendum ſit, Comites, ex vi prorogatæ Jdictionis, coram Ducibus Saxoniæ citatos, comparuiſſe, Jus accepiſſe, & ſe conveniri paſſos eſſe. Ex qvibus, in unum collectis, ſeqvens procedit ratiocinatio:

*Qvicunqve in Diætis Provincialibus Electoris & Saxoniæ Ducum, ut vaſalli, coram Dicaſteriis autem ex prorogatione Jdictionis comparent, illi non poſſunt comparuiſſe dici, ut merè & ſimpliciter ſubditi.*

*Atqvi Comites illi, Barones & Nobiles comparuerunt ita in Diætis & Dicaſteriis Provincialibus Electoris & Ducum Saxoniæ.*

 Ergò

*Ergò non poſſunt dici comparuiſſe, ut merè & ſimpliciter ſubditi.* Majoris conſeqventia videtur Diſſentientibus eſſe aperta. Minorem probare conantur per ea, qvæ ſuprà allata ſunt, hâc ratione colligendi:

*Qvicunqve ſunt Status Imperii ac immediatè Imperatoris Jdictioni ſubjecti, illi non poſſunt coram Ducibus Saxoniæ extra cauſas feudales, in aliis, comparere, niſi ex vi prorogatæ Jdictionis. Atqvi Comites illi ac Barones ſunt Status Imperii & Jdictioni Imperatoris immediatè ſubjecti. Ergò. Sic ergò huic membro Rationis decidendi noſtræ ſatisfactum eſſe credunt Diſſentientes.*

59 Progrediuntur ergò ulterius ad id, qvod in membro tertio Rationis noſtræ decidendi Imæ adducitur, veram ſcil. Comitum illorum, Baronum, ac Nobilium ſubjectionem arguere ipſam Superioritatis recognitionem. Id ipſum infringere conantur Diſſentientes in R. XIV. ad Rationes Dubitand. dict. Conſil. Confitentur qvidem, daß die Grafen die Chur-und Fürſten zu Sachſen / ihre natürliche und gnädige Erbherrn / auch ihre Landes-Fürſten genennet / ſey aber in dem Verſtande geſchehen / dieweil die Grafen und Ihre Erben den Chur- und Fürſten zu Sachſen / und derſelben Erben jederzeit ſtattliche Lehn / unter der Fürſten Jdiction und Erbland gelegen / empfangen / und dahero genützet und genoſſen / daß ſie dieſelbe für ihre Erbherren und Landes-Fürſten gehalten haben; Dieweiln aber dieſes allein von wegen der Thüringiſchen Lehn geſchehen / ſo könne daſſelbe auch nicht weiters extendiret werden / alſo zum dritten / hetten die Grafen auch / allein ratione feudi, ſich gehorſame Unterthanen genennet; Dann / ratione feudi Imperialis & aliorum feudorum, ſeyen ſie den Chur-und Fürſten zu Sachſen im wenigſten

nigſten nicht unterthan. Ferner / geſetzet / aber / der Warheit zum Nachtheil / nicht geſtanden / es hätten die Grafen die Wort: Erbherren / Landesfürſten / gehorſame Unterthanen / und Erbhuldigung / viel anders / als zuvor gemeldet / verſtanden / jedoch were daſſelbe / ex errore und ignorantiâ, geſchehen / dahero ſolche confesſio unſchädlich; Confesſio enim non præ- 60
judicat confitenti, ſi probatur, eam ex errore factam eſſe, ſed revocari poteſt ſemper. Et hoc verum eſſe, etſi confesſio geminata fuerit & reiterata. Errorem autem eo ipſo 61
probari, qvod probetur, rem aliter ſe habere. So könte auch ferner ſolche confesſio nicht beſtehen / dieweiln ſie dem tertio zu mercklichem præjuditz gereiche. Si enim confesſio, in tertii præjudicium, tendat, tunc illi non ſtetur; Atqvi hæc confesſio fieret in præjudicium tertii, Imperatoris ſc. E. Hinc ratio colligendi:

*Qvicunq; ſubditus Imperii immediatus Electorem, vel Duces Saxoniæ, adpellat Dominos territorii ac Superiores ſuos,* ſeine gnädigen Erbherren und Landesfürſten / *vel ratione feudi tantùm, vel ex errore, ille hac adpellatione Domino ſuo vero, Imperatori, non præjudicat, nec per hanc recognitionem ſe ſubditum illorum verum conſtituit. Atqvi Comites, Barones ac Nobiles, feuda ab Electore & Saxoniæ Ducibus recognoſcentes, appellârunt ipſos, Dominos territorii ac Superiores ſuos, vel ratione feudi, vel ex errore. E. hâc recognitione nec vero ſuo Domino, Imperatori, præjudicârunt, nec ſe ſubditos illorum, abſolutè & ſimpliciter tales, conſtituerunt.*

Ad (4) Membrum rationis decidendi noſtræ Primæ 62
reſpondent Diſſentientes in R. IV. & XXV. ad Rationes Dubitand. dict. Conſil. Es thue nichts zur Sachen /

daß auff viel gehaltenen Reichs-Tägen die Chur-und Fürſten des Reichs/ die Grafen und Herren/ ſo unter Ihr Chur- und Fürſtl. Gn. als Landſtände/ Lehnleute/ und Unterthanen geſeſſen/ in Contributionibus ausgezogen/ auch ſolches durch die Reichs-Abſchiede ihnen zugelaſſen worden; dann erſtlich fünde ſich dieſes nicht ſimpliciter, ſondern mit gewiſſer Maaß/ in den Reichs-Abſchieden/ nemlich in dem Reichs-Abſchied Maximiliani I. de An. 1530. §. Item haben wir/ verb. So den Ständen vor Alters und nicht dem Reich gedienet ꝛc. Nun hetten die Grafen von Alters her ſimpliciter dem Reich/ aber dem Chur-und Fürſten zu Sachſen allein/ als Vaſalli, gedienet ꝛc. Qvò pertineret etiam R. A. de Anno 1548. à nobis in ratione decidendi prima allegat: §. Wañ auch ein ausgezogener &c. verb. alſo daß er/ der ausgezogene dem ausziehenden Stande ohne Mittel unterworffen/ nicht Stimm und Stand in Reichs-Verſammlungen/ auch keine Lehen vom Reich hette ꝛc. Nun aber könten die Chur-und Fürſten zu Sachſen wider die Grafen nimmermehr/ wie recht/ beweiſen/ daß die Grafen ihnen ohne Mittel unterworffen ſeyn/ und daß ſie nicht Stimm und Stand in Reichs-Verſamlungen/ und keine Lehn vom Reich/ nicht contribuiret/ oder einen Anſchlag gereichet und bezahlet hetten/ ſondern das contrarium ſeye am Tag; Derohalben könten die Grafen vor eximirte Grafen nicht gehalten werden; Ex qvibus Diſſentientes ita inferunt:

*Qvicunq; Comites & Barones Electoribus & Ducibus Saxoniæ non ſervierunt ab initio, qvo Comites facti,* von Alters hero/ *ſed Imperio immediatè ſubjecti ſunt, illi ab Imperii Collectis non ſunt immunes, & per, conſeqvens, Electoribus & Ducibus Saxoniæ Collectas ſolvere non tenentur.*

Atqvi

*Atqvi Comites & Barones, qvi feuda recognoſcunt ab Electoribus & Ducibus Saxoniæ, ſunt tales. E. iisdem Collectas ſolvere non tenentur.*

Pergunt in hâc materiâ collectandi Diſſentientes, & qvi- 63
dem in Reſponſione XXV. ad rationes dubitandi, in qvâ primò diſputant contra autoritatem teſtium, qvi depoſuerunt, ſolviſſe Comites illos Collectas Electori & Ducibus Saxoniæ, tandem confitentur; Zum ſiebenden/ ob wohl nicht ohne ſeyn möchte/ daß ein Graf zu Schwartzburg in Anno 1532. in ſeinem gethanen Schreiben bewilliget/ daß etzliche ſeiner Geiſtlichen Unterthanen mit Steuer möchten beleget werden; Jedoch könte hieraus keine poſſeſſio juris collectandi geſchöpffet werden/ zum theil/ dieweil es allein eine gutwillige Vergünſtigung geweſen/ zum theil auch/ dieweil es darumb geſchehen/ damit die euſſerſte Gefahr des Türckiſchen Käyſers Solimanni (ſo damahls mit 200000. Mann in die Chriſtenheit gefallen) deſto bas von Oeſterreichiſchen und andern anſtoſſenden Ländern hette mögen abgewendet werden/ und damit die Chur- und Fürſten zu Sachſen/ ſein Graf N. als eines getreuen Vaſalli, unterthänigſt und mitleidentlich/ Chriſtlich Gemüth deſto bas vermercken könten/ derhalben dieſer Actus nicht eo animo von Graf N. geſchehen/ daß er damit von habenden Rechten im wenigſten abweichen/ und den Hertzogen zu Sachſen wider ſich und die Seinigen etwas Rechte geben und einräumen wolte/ ſo könte und ſolte es auch dahin nicht gedeutet/ oder referiret werden. Geſetzet/ aber/ in præjudicium veritatis, nichts geſtanden/ es könte bewieſen werden/ daß die Grafen/ und deroſelben Unterthanen/ etzliche mahl Steuer und Schatzungen gegeben/ iedoch were dieſelbe entweder per violentam patientiam, oder eo animo geſchehen/

daß

daß ſie in fürgehaltener Noth/ als Vaſalli, und nicht als
merè ſubditi, ihr getreu Gemüth im Wercke erzeigen wol-
len/ oder daß ſie die Steuren/ auff zuvor empfangenen Re-
vers, bewilliget/ daß nemlich ſolche Steuren ihren Erben und
64 allen den Ihrigen allerdings unnachtheilig ſeyn ſolten; Jam
autem in dubio Collectam præſumi præſtari potiùs ex li-
beralitate, qvàm ex debito; Hinc ratio colligendi:

*Qvodcunq; per violentiam, animo ſublevandi neceſſitatem publicam, Domino ſuo feudi contribuitur ex liberalitate, illud poſſeſſionem Juris collectandi eidem conficere non poteſt.*

*Atqvi Collectæ, tributæ Electori & Ducibus Saxoniæ à Comitibus & Baronibus, feuda ab ipſis recognoſcentibus, ſunt eo animo factæ.*

*E. Poſſeſſionem Juris collectandi iisdem conficere non poſſunt.*

Hucusqve de reſponſionibus Diſſentientium ad membra
rationis noſtræ decidendi Imæ. De ſecunda verò deci-
dendi ratione, ex obſervantiâ & conſvetudine deductâ,
65 ſilent Diſſentientes. Tertiam, ex inconvenientiâ & pe-
riculoſis præjudiciis devocatam, infringere conantur in-
vertendo, qvòd hâc ratione multi Status immediati exi-
merentur à Jdictione Imperatoris, & ſic periculoſum
præjudicium crearetur Imperatori, ſummo Imperii Capiti.
Vid. Rationem decidendi XIV. dict. Conſil. Hinc ratio
colligendi:

*Qvæcunq; ſententia eximit Imperii Status immediatos à Jdictione Imperatoria, illa eſt inconveniens. Atqvi hæc noſtra ſententia eſt talis. E.*

RE-

# RESPONSIONES AD RATIONES DUBITANDI.

TAmetſi verò hæc Diſſentientium placita pulcherrimam præ ſe ſpeciem ferre videntur, non tamen ita veſtita ſunt, ut de gradu dejicere poſſint Conſultum noſtrum, in principiis Juris optimè fundatum; Qvod enim attinet Rationem dubitandi primam, cui, tanqvam firmisſimo principio, adeò inſiſtunt Diſſentientes, & exindè tot Concluſiones deducunt, in eâ negatur conſeqventia, qvia privilegium immedietatis, daß einer dem Reich ohne Mittel unterworffen ſey / non eſt qvalitas, aut privilegium merè perſonale, ſed potiùs reale, qvod non ſolùm ex facti notorietate, verùm etiam ex ipſis Imperii Conſtitutionibus apparet. Hinc eſt, qvod Comites & Barones, recens ad dignitatem evecti, ideò ab immediatâ Contributione eximantur, qvia nulla bona immediatè ſub vel ab Imperio habent, & ita ſine præjudicio aliorum Principum, qvibus ſubſunt, immediatæ ſubjectionis qvalitate donari non potuerint, qvod diſertisſimè evincit textus expreſſus in R. A. zu Augſpurg / de Ann. 1548. §. 66. ibi: Wiewohl auch in der Ringerungs-Handlung bedacht / daß die Grafen und Herren / ſo kürtzlich ihre Dignität erlanget / ſolten / in recognitionem præeminentiæ, ſo ſie von uns und unſerm fr. lieben Bruder / dem Röm. Könige / empfangen / leidentlicher maſſen / auch in die Anſchläge des Reichs gezogen werden; So haben wir doch dagegen erwogen / daß ſolche Grafen und Herren zu mehrer Theil unter ihren beſondern Landesfürſten geſeſſen / vormahls von allen ihren Gütern denſelben gedienet / ſich auch zum Theil allein auff der

Fürſten Eigenthumb und ihren Pfandſchafften / Grafen oder Freyen laſſen / und alſo gar keine Güter / ohne Mittel / unter dem Reich haben / auch nicht anders / dann mit ausdrücklichem Vorbehalt der Fürſten Gerechtigkeit / zu den Dignitäten zu laſſen ſeynd; Derowegen / wo ſie allein des Tituls und Nahmens halber in die Anſchläge des Reichs gezogen werden ſolten / das würde den Fürſten / obgemeldt / allerhand Beſchwerungen bringen / und alſo mit der Zeit ihnen noch weiters Abbruch und Schmälerungen an Ihrer Landesfürſtlichen Obrigkeit geberen / in Anſehung / daß ſolche neue Grafen und Herren nicht immediatè Glieder und Stände des H. Reichs geweſen / oder darin begütert / ſondern ſolcher Landesfürſten Unterthanen und Landleute weren. Damit dann in ſolchem niemands wider billichkeit beſchweret werde / ſo haben Wir uns mit Churfürſten / Fürſten und gemeinen Ständen / und der abweſenden Räthen und Geſandten verglichen / wo einige Grafen / oder Herren weren / welche kürtzlich ihre Dignität erlanget / und dem Reich immediatè nicht / ſondern andern ihren Landes-Fürſten unterworffen / auch nicht Güter ohne Mittel von / oder unter dem Reich hetten / daß dieſelbe in die Anſchläge nicht gezogen / aber dieſenige / ſo in dem H. Reich begütert / oder anderer Fürſten ſubditi immediatè nicht wären / daß dieſelbe / nach ziemlichen Dingen / gleich andern / mit des Reichs Anſchlägen beleget werden. Ex qvo textu inter alia notanda illa verba: In Anſehung / daß ſolche neue Grafen und Herren nicht immediatè Glieder des Heil. Reichs
69 geweſen / oder darin begütert / qvæ particula Disjunctiva, oder / vel, ejus eſt naturæ, ut ponatur inter diverſa qvidem, eundem tamen effectum habentia.

*text. in l. 1. de reb. dub. Vultej. de Feud. lib. 1. cap. 9. num. 40. verſicul. Textus.*

Itaqve

Itàqve ad conſtituendum Immedietatis effectum ſufficere, 70
vel perſonam eſſe immediatè ſubjectam, vel bona in, ſub,
vel ab Imperio habere, & posſidere, & reſpectu illorum
eſſe immediatum. Ex qvo indubitatè colligitur, poſſe ali- 71
qvem eſſe immediatum, & tamen, ratione bonorum, alte-
rius eſſe Landſasſium & verum ſubditum.

*Jung. Theodor. Reinking. d. R. S. & E. lib. 1. Claſſ. 5. cap. 10. num. 26. 27. 28. & 29. Petr. Weſenbec. dict. Conſil. 49. num. 10.*

Undè porrò deducit

*Gail. de Arreſt. cap. 6. num. 14.*

qvòd hoc caſu talis Status duplicem perſonam, diverſis 72
reſpectibus, ſuſtinere & repræſentare dicatur, unam Mu-
nicipalem, alteram Provincialem; idqve utrobiqve æqvè
principaliter; poſſe autem unum eundemqve hominem,
diverſis reſpectibus, & qvalitatibus, duplicem perſonam
ſuſtinere, in Jure & Imperio notisſimum eſſe cenſet, &
ulteriùs exemplo Regis Hiſpaniæ, Daniæ, Ducum item
Holſatiæ, Clivenſis & Brunſvicenſis probat, & objectio-
nibus contra hanc diſtinctionem *num. 18. & seqq. aliq.*
reſpondet. Sic ergò uno ictu cadunt XIV. Rationes de-
cidendi, & qvæ harum conſectariæ ſunt, XXII. XXIV.
XXVI. & XXXVIII. in qvibus tàm operoſè probare Diſ-
ſentientes, Comites illos ac Barones, feuda ab Electore
& Saxoniæ Ducibus recognoſcentes, eſſe Imperii Status,
inſimulqve Jdictionem Imperatoris in ipſos adſtruere la-
borant, qvæ tamen à nobis non negatur; Neqve enim, 73
ut ipſe confitetur Gailius, Adſeſſor qvondam Cameræ Im-
perialis haut poſtremus, *loc. citat. num. 25.* &, qvi ex eo ſua
verbotenus deſumſit,

*Petr. Weſenbec, dict. Conſil. 49. num. 28.*
ex hâc diſtinctione diverſarum qvalitatum Curiæ Imperiali, aut ejus dignitati qvicqvam decedit, vel Jura Cæſaris, aut Imperii labefactantur, qvia utrobiqve, diverſis reſpectibus, Jura utriusqve Fori & Curiæ æqvè principaliter ſuæ integritati relinqvuntur, nihil qvalitati, tanqvam formæ individuæ, adimitur, ſed, qvia Status Imperii eſt, manet, reſpectu Curiæ Imperialis, integrè Status Imperii, cum omnibus ſuis qvalitatibus, privilegiis & Juribus Imperii, Stationem & Seſſionem in conventu Imperiali retinet, ſoli Cæſari ſubditus eſt, & alium Superiorem non re-
74 cognoſcit. Qvi verò, diverſo reſpectu, etiam alterius Statûs homo Juriſdictionalis & ſubditus eſt, ſubjectionis onera patienter ferre, & paratè ſubire debet, qvia perindè ſervitia à ſubdito, ac pecunia credita, petuntur &c. Hactenus Gailius. Ex qvibus ad oculum patet, conſeqventiam hujus argumenti invalidam eſſe, & implicare contradictionem nullam, eſſe immediatum Imperii ſubditum, & alterius Statûs Landſaſſium & ſubditum.

75 In II. Dubitandi ratione nego majorem; Qvamvis enim de Jure Feudali communi expeditum ſit, qvod vaſallagium non conſtituat vaſallum, abſolutè ſubditum domini feudi, & qvòd is, qvi alterius vaſallus eſt, non ſubjiciatur, niſi in illis, qvæ feudum concernunt, fallit tamen hæc regula in illis locis, ubi bona feudalia non niſi cum oneroſâ qvalitate ſubjectionis conceduntur; in qvibus poſſeſſor feudi ſimul perſonam ſuam obligare, & ſe ſubditum Ligium facere tenetur. Qvod verò id ipſum in univerſis provinciis Saxonicis introductum ſit, illud patet tùm ex formulâ juramenti, in ratione decidendi primâ adductâ,

qvam

qvam ipſimet ſuppeditârunt Diſſentientes in qvæſtion. 2. Ration. 4. & poſteà ultrò agnoſcunt ibid. R. ad illam rationem dubitandi, tùm etiam aus der Rechts-und Warheits-gründlichen Adſertion und Fürſtellung der in dem höchſt-löblichen Chur-und Fürſtl. Hauß Sachſen/ und derſelben Landen von undencklichen Zeiten beſtendig und unverrückt hergebrachten und exercirten Landſaſſerey/ ſuprà in membr. 1. Ration. decidendi allegat. Qvùm ergò Jus Feudale ex uſu & 76
conſvetudine potiſſimùm ſuum robur ac authoritatem habeat, & Jus Saxonicum in multis à Jure communi Feuda- 77
li recedat, pateſcit ſanè, hanc regulam Juris communis nihil hâc in parte adſertioni noſtræ adimere. Et qvamvis Diſſentientes in ſolutione IV. illius dubitandi ratio- 78
nis qvaeſtionis ſecundæ excipiant: Daher folgete nicht/ wann die Grafen ſchweren/ die Chur-und Fürſten zu Sachſen für ihre Landes-Fürſten zu erkennen/ ihnen gehorſam zu ſeyn/ als ein Unterthan ſeinem Landesfürſten/ daß ſie darumb omnimodæ Ducum Saxoniæ Jdictioni unterworffen/

*Appellari enim Duces Saxoniæ ideò à Comitibus* Landesfürſten/ *propter bona feudalia, qvæ ſub illorum* Jdi*ctione ſita ſunt. Et qvia etiam propter hæc bona feudalia Comites Ducibus Saxoniæ parere & ſubeſſe parati. Et propterea Comites non ſimpliciter, ſed tantùm ſecundùm qvid, ſe illorum ſubditos & Landſaſſios fateantur. Nec ſeqvi, Comites, ratione bonorum feudalium, ſunt jurati* Landſaſſen. *Ergò Duces Saxoniæ in omnibus Judices ferre tenentur, qvia plus eſt in Concluſione, qvàm in præmiſſis, ſed potiùs ita eſſe inferendum: Ergò Duces Saxoniæ in illis actionibus, qvæ, dictorum bonorum nomine, contra Comites moventur, Judices ferre teneri. Poſſe enim eſſe aliqvem ſubditum, vel reſpectu* Jdi*ctionis ſimpliciter tantùm, vel munerum tantùm,*

 *vel*

*vel operum tantùm, vel deniq; ratione omnimodæ Jdictionis. Et propterea, qvi ratione unius ſubditus dicatur, eum non abſolutè & generaliter ſubditum haberi poſſe.*

79 Tamen dupliciter in hâc adſertione contra Jura impingunt. 1. Confundendo juramentum ſubjectionis & vaſallagii; in illo enim deprehenduntur verba: **gehorſam/ getreu und hold zu ſeyn/** in hoc verò omittitur phraſis, **gehorſam zu ſeyn/** & in locum hujus reponuntur verba, **getreu/ gewärtig und hold zu ſeyn;** Qvi illud jurat, ille eo ipſo ſubjectionem & obedientiam ſubit, tàm in realibus, qvàm perſonalibus. Hoc verò qvi jurat, ipſe non ſubjectionem ſimpliciter, ſed ſecundùm qvid, ratione bonorum feudalium tantùm, ſpondet atqve recipit, qvod iterum pulchrè oſtendit

80

*Gail. d. Tr. de Arreſt. imp. c. 7. n. 11.*

Qvùm ergò Comites illi ac Barones non hoc, ſed illud præſtent, qvemadmodum ipſi largiuntur ac ſuppeditant Diſſentientes loc. citat. ſeqvitur indubitatè, ipſos non
81 ſpondere obedientiam ſecundùm qvid, ſed ſimpliciter. 2. Fatentur, ſe malè intelligere naturam atqve eſſentiam Landſaſſii, qvæ non eſt aliqvatenus & reſpectu illorum bonorum tantùm, qvæ recognoſcunt, ſed in omnibus, qvæ præcipiuntur ac mandantur à Domino territorii, omniqve modo Jdictioni ejus ſubjectum eſſe, ceu in membro 1. Rationis decidendi primæ pluribus oſtenſum eſt. Qvandoqvidem ergò Diſſentientes in verbis, ſuprà allatis, ſpontè confiteantur, Comites illos ac Barones eſſe & agnoſcere ſe Landſaſſios Electoris & Ducum Saxoniæ, confiteri qvoqve neceſſe habent, illos Jdictioni horum omni modo eſſe ſubjectos; Implicat enim contradictionem,
82 Landſaſſium eſſe, & ex parte, ſive ſecundùm quid ſubjici,

qvem-

quemadmodum ex ipsâ naturâ & eſſentiâ ejus patet. Nil ergò agunt hoc ſuæ limitationis refugio Diſſentientes. De- 83
ſtructo igitur principio Dubitationis II. uno lapſu corruunt ſimul, qvæ ex ipſo deducta & in Ratione Dubitandi hujus Conſil. II. prolata ſunt Conſectaria in Rationibus Decidendi XXVIII. XXIX. XXX. XXXII. XXXIV. dict. Conſil. Diſſentient.

In III. Dubitandi ratione nego conſequentiam; 84
Qvamvis enim Comites illi ac Barones Jdictionem omnimodam, omnesqve, aut plurimas particulas Superioritatis exerceant in terris, in feudum conceſſis, exindè tamen non ceſſat vinculum obſeqvii, aut ſubjectionis erga Superiorem, à qvo illud acceperunt, quùm ipſi non exerceant illam Superioritatem Jure proprio, ac proindè, collati ad Electorem & Duces Saxoniæ, ſubditi ſunt, etiamſi in terris, in feudum conceſſis, Magiſtratuum perſonam ſuſtineant. Quod eleganter exprimit

*Dn. Jacob. Lampad. p. m. lib. de Republic. Roman. Germanic. p. 14. §. 1.* ubi: *Ex qvo intelligi volumus, ſubditos obſeqvii neceſſitate non liberari, quamdiu Reipublicæ Eſſentia non interciſa eſt. Nec intereſt quicquam inter Magiſtratus ſubordinatos, & ſubditos cæteros; Æqvè enim hi & illi, ratione Majeſtatis, paſſivè ſe habent. Et quicquid obtinent poteſtatis, ſeu Jdictionis Magiſtratus, id per participationem à Majeſtate, in quâ ineſt, primò & formaliter accipiunt, ipſi nihil proprii habent. Etenim omnis Magiſtratuum tàm creatio, quàm Jdictio, à ſupremo, quem Majeſtatem dicimus, dependet, ac ideircò, ejus intuitu, paſſiva eſt.*

Qvibus per omnia concordant, quæ in hanc rem tradunt

*H. Grot. 1. de J. P. A. B. cap. 4. §. 6. & Marc. Zuer. Boxhorn. 1. Inſtitution. Politicar. c. 3. Explanat. §. 2.*

85 Ex qvibus reſultat hæc firmisſima collectio: Quorumcunqve Poteſtas & Jurisdictio, per participationem, dependet à Superiori, illi hujus ſubditi ſunt, abſolutè ſic dicti. Atqvi poteſtas & Jdictio, quam exercent Comites illi ac Barones in terris, ab Electoribus & Ducibus Saxoniæ in feudum ipſis concesſis, dependet per participationem ab Electore & Ducibus Saxoniæ. E. Comites & Barones illi ſunt Electoris & Ducum Saxoniæ, reſpectu terrarum, in feudum conceſſa-
86 rum, ſubditi, abſolutè ſic dicti; Nullatenus ergò implicat contradictionem, exercere Jdictionem omnimodam in terris, ab altero concesſis, & eſſe ſubditum illius, abſolutè ſic dictum, ſive Landſasſium.

Hactenus ergò ſtant rationes noſtræ decidendi, à Diſſentientium opinionibus invictæ, ſupereſt, ut & illas à reſponſionibus illorum liberemus.

## DILUITIONES RESPONSIONUM AD RATIONES NOSTRAS DECIDENDI.

87 AD primam rationem noſtram decidendi reſpondent Diſſentientes (1.) diſtinguendo juramentum ſubje-
88 ctionis in reale & perſonale. Reale appellant obligationem illam, qvæ fit propter rem & occaſionem rei, cujus uſum indè evincunt, *quòd ſi, ratione rei, aliquid committeretur, quod ageretur ad perſonam puniendam, non posſit conveniri in territorio, ubi res ſita eſt.* Et *certè*, pergunt in ſolutione IV. Dubitand. Ration. Qvæſtion. II. dict. Conſil. *Quoties Rex, Princeps, vel Comes extra Regnum, Provinciam, vel Comitatum ſuum in alterius Regis, vel Principis territorio bona habet & posſidet, ratione quorum bonorum juramentum fidelitatis præſtare conſvevit, per hoc non efficitur, ratione perſonæ ſuæ, ſeu perſonali obligatione, ſubditus, aut ſubjectus, nec, qvoad perſonam ſuam, ſortitur forum, niſi in Regno, Principatu, aut Comitatu ſuo, in qvo, ra-*

*tione bonorum, alibi ſitorum, non poteſt à Domino loci, vel Terri-*
*torii immediatè citari, aut ei aliquid, quod ejus perſonam obſtrin-*
*gat, imperari, qvia nemo verè & propriè ſubditus eſt, ratione rei*
*tantùm.* Aſt magiſtralem eſſe hanc diſtinctionem juramen- 89
ti, ne dicam ineptam, facilè evincitur: Etenim: *Qvodcunqve*
*non adficit rem, nec ab illâ adficitur, illud non poteſt eſſe reale. At-* 90
*qvi juramentum non adficit rem, ſed perſonam jurantis. Ergò*
*Juramentum non poteſt eſſe reale.* Major eſt evidens. Minor
facilè patet, qvia jurans eo ipſo, qvo jurat, non obligat,
aut afficit rem, ob qvam jurat, ſed perſonam ſuam: Sic 91
ergò, reſpectu jurantis, à qvo denominatur, nullum jura-
mentum poteſt eſſe reale, &, per conſeqvens, in ipſius ju-
ramenti naturâ nullam ſedem reperit hæc diſtinctio. An 92
verò reſpectu objecti, ob qvod juratur, fundamentum
aliqvod reperiat, æſtimandum erit ex ratione, à Diſſen-
tientibus allatâ, qvæ, ad formam redacta, eſt talis: *Si ju-*
*ramentum, ob rem præſtitum, neminem in perſonalibus obligat, ſe-*
*qvitur, qvòd detur juramentum qvoddam reale. Atqvi prius eſt*
*verum. E. & poſterius.* R. (1) negando conſeqventiam, per 93
ea, qvæ ſuprà allata ſunt, qvia juramentum non à re, ob
qvam præſtatur, ſed ab obligatione ejus, qvi præſtat, de-
nominationem ſuam accipit. (2) Ad minorem, negando; 94
Hàc enim ratione ex omnibus actionibus & cauſis perſo-
nalibus reales poſſent fingi, & qvædam actio merè per-
ſonalis in uno loco pro reali, in alio autem pro perſona-
li haberi. Actori qvoqve præriperetur electio, Reum, plu-
ra domicilia habentem, in hoc, vel illo conveniendi, con-
tra manifeſta jura, qvæ allegat

*Zanger. de Except. p. 2. c. 1. n. 95. & Matth. Coler. de pro-*
*ceſſ. executiv. p. 2. c. 1. num. 51. & duob. ſeqq.*

Homagium itaqve tàm qvoad bona, qvàm qvoad perſo- 95

 nas,

nas omnimodam, & minimè limitatam reqvirit ſubjectionem. Sed relinqvamus Diſſentientibus hanc magiſtralem
96 ſuam diſtinctionem, & videamus, utrum, ſi detur juramentum qvoddam, qvod ipſi fingunt, reale, huc applicari illud posſit, qvod ego non facilè dixerim; Etenim diſertisſimè refragantur verba juramenti, ſuprà adducti in Ratione decidendi, qvod ipſi ſuppeditant & agnoſcunt Diſſentientes, per ea, qvæ ſuprà attuli, **auch ſonſten alles andere thun/halten und laſſen/was ein getreuer Unterthaner/gegen ſeinem Landes-Fürſten und Obrigkeit/von Gottes/auch Gewonheit und Rechts-wegen/zu thun ſchuldig iſt**; Jàm verò fidelis ſubditus tenetur ſtare coram Domino Territorii, **ſeinem Landes-Fürſten**/in perſonalibus & realibus, per ea, qvæ ſuprà in Ratione decidendi primâ de Superioritate adduxi. Ergò & hi Comites ac Barones coram Electoribus & Ducibus Saxoniæ, **als ihren Landes-Fürſten**, hoc facere de jure tenentur. Qvandoqvidem ita Diſſentientes his rationibus ipſimet diffidant, & aliò confugiant, ad errorem ſcilicet, adſerendo, **es hetten die Grafen und Freyherren nicht verſtanden/was hiemit geſuchet würde.** Nollem Diſſentientes imputâſſe Comitibus illis ac Baronibus errorem & ignorantiam talem, qvæ in Jure noſtro audit
97 ignorantia ſupina, *l. 6. d.* J. *&* *F.* J. diſſoluta negligentia, *l. 29. pr. mand.* nimia ſecuritas. *d. l. 6.* Philoſophis verò ignorantia vincibilis dicitur, eò, qvòd, inqvirendo diligenter, vincere aliqvis posſit illum; adeoqve planè non excuſat, eò qvòd actio proprii facti ſit ſpontanea, ejusqve principium intrinſecum in ipſo agente, vid. poſt Doctores communiter,

*Henric. Hahn. Obſervat. theoretic. practic. ad Weſemb. de* J. *&* J. *1. num. 3.*

Dum

Dum ergò nec hâc ratione qvicqvam efficere valent Diſſentientes, deſcendunt ulteriùs & provocant ad Legatorum Comitum culpam, qvi juramentum illud ſubjectionis & adſecurationis violenter & meticulosè, cùm proteſtatione tamen, à ſe extorqveri paſſi ſint. Pro qvâ adſertione facit argumentum, in Reſponſione Diſſentientium Ima ſuprà à nobis adductum. Minorem probant verb. es hätten die Chur⸗und Fürſtlichen Sächſiſchē Anwälde ſich vernehmen laſſen / man würde den Herren Grafen ihre Lehn⸗Güter entziehen / wann ſie nicht die Erbhuldigung leiſten würden/ An ergò hic metus talis ſit, qvi excuſationem, &, per conſeqvens, reſtitutionem mereatur, ſatis dijudicabunt illi, qvi ex principiis juris noverunt, in jure noſtro objectum ex- 98
cuſationis & reſtitutionis eſſe metum illum, qvô, alterius violentiâ, illatô, aliqvis ad gerendum, ſeu agendum aliqvid, compellitur, adeoqve vim notare actum inferentis, eumqve metum incutientis, metum verò adfectum animi, ſeu paſſionem ejus, qvi vim patitur, ſeu, cui periculum & malum, alterius violentiâ, intentatur. Ubicumqve ergò 99
ceſſat vis atrox, qvæ adverſus bonos mores fit, & qvâ qvis compulſus aliqvid fecit, ibi ceſſat qvoqve metus, reſtitutionis objectum. Atqvi in minis & juſſis Electorum ac 100
Principum ceſſat vis ejusmodi atrox. Ergò. *vid. C. J. A. ad π. lib 4. tit. 2. θ. 3. & 16.* Jàm attendant Diſſentientes, etiamſi minæ ejusmodi illatæ eſſent Comitum ac Baronum Legatis, qvod tamen à parte Electorum & Ducum non agnoſcitur, an propterea ipſi contra vanum ejusmodi metum reſtitui posſint. Qvod attinet porrò culpam Legatorum, 101
ſeu mandatariorum ſuorum, qvam obvertunt Diſſentientes, ponamus, nil tamen, in præjudicium veritatis, concedamus, non aliter inſtructos fuiſſe Mandatarios, qvàm ad præſtandum juramentum fidelitatis, den Lehn Eyd / non etiam

tiam diffitebimur, eſſe juris explorati, actum, contra man-
102 dati fines, in domini damnum, geſtum, eſſe nullum, pur-
103 gatur tamen vitium ejusmodi actûs per ratihabitionem, qvæ in omnibus fermè mandato æqviparatur.

*Dn. Carpzov. de Proceſſ. Forenſ. tit 17. articul. 2. §. 13.*

104 Qvod verò ratihabuerint Comites illi ac Barones, facilè patet ex eo, qvòd poſteà nihil contrà egerint, aut pro-teſtati ſint, ſed, reiteratis vicibus, & qvoties occaſio poſtulavit, juramentum illud ſubjectionis denuò præſtiterint.
105 Deniqve contra juramentum præſtitum excipiunt Diſſentientes, factum illud eſſe cum proteſtatione, proteſtationem autem conſervare Jus proteſtantis, Excipe, niſi ipſi facto ſit contraria.

*Dn. Carpzov. dict. Proceſſ. Forens. tit. 14. articul. 3. num. 24.*

106 Qvid verò magis contrarium dicere potuiſſent Legati Comitum, qvàm ſe qvidem præſtare velle juramentum illud ſubjectionis, **die Erb- und Landeshuldigung**/ hâc tamen conditione, ut ne obligarentur in perſonalibus, ſed in realibus tantùm, qvùm Juramentum ſubjectionis operetur ſubjectionem tàm in realibus, qvàm perſonalibus, qvemadmodum ſuprà oſtenſum, ex qvo demùm contra invitum proceditur. A juramento ſubjectionis tranſſeunt porrò Diſſentientes in Reſponſionibus ad membrum primum Rationis noſtræ decidendi, & negant, Comites illos ac Barones eſſe Landſaſſios, qvia non habeant larem ac domicilium in Provinciis Saxonicis; ductâ argumentatione ab Etymologiâ vocabuli, **Landſaſſen**/ qvaſi, **der im Lande** reſidiret **und ſitzet**; pro qvo obtinendo facit argumentum, ſuprà in Reſponſionibus illorum adductû, in qvo tamen, qvod prætermittendum non erit, largè nimis procedunt Diſſentientes, repetendo definitionem Landſaſſii ab Etymologiâ vocis,
107 qvam periculoſam & multis Imperii Conventibus ſollicitè, & curioſè qvæſitam, nondū tamen inventam, ſcribit *Wah-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-40419-p0078-5

*Wahremund. ab* Ehrenberg *de fœderib. lib. 2. c. 1. num. 40.* & , poſt eum, *Ziegler. in dict. §. Landſaſſii. num. 15.*

Eſto tamen, ſit Landſaſſiusis, qvem Diſſentientium opinio fert, qvi domicilium in aliqvâ provinciâ habet, non denegabitur Comitibus ac Baronibus illis domicilium in provinciis Saxonicis. Pro qvo obtinendo animadvertendum, qvod ex

*Rebuff. in l. cives. 7. C. de incol. lib. 10. & Socin. Jun. Conſil. 7.* pro abſolutione. *n. 6. vol. 2. obſervat Petr. Weſenb. dict. Conſil. 49. n. 2.*

tripliciter conſtitui domicilium; per qvos tres modos inducatur, ſine vinculis ullis aliis & adminiculis, ſubjectio in perſonalibus, ita ut modorum horum ſinguli ſufficientes ſint ad inducendam ſubjectionem perſonalem, qvorum (1.) habitatio cum familiâ in certo loco, animo ibi permanendi. (2.) Translatio rerum, vel bonorum ſuorum ex parte majore in aliqvem locum, undè non ſubitò ſit receſſurus, ſi nihil avocet. (3.) Commoratio in certo loco per diuturnitatem temporis, h. e. per ſpatium decem annorum. Ex qvibus præmiſsis facilè apparebit, utrùm Comitibus illis ac Baronibus denegari poſſit domicilium in terris Saxonicis. 108

Quid multis? Ipſoſmet habemus confitentes Diſſentientes in Reſponſione ad Rationem Dubitandi X. ibi: So iſt auch nun zum andern nicht ohne / daß die Grafen vor dieſem ihre domicilia habitationum in Sächſiſchen Provincien gehabt / aber jetziger Zeit nicht mehr haben / wann ſie nun in den Sächſiſchen Lehnſtücken reſidiren / ſo iſt es alsdann geſchaffen / wie hieroben iſt deduciret worden; wann aber die Grafen Ihre domicilia in den Sächſiſchen Lehn-Stücken nicht haben / wie heutiges Tages geſchicht / ſo weren ſie pro ſubditis Ducum Saxoniæ nicht mehr zu achten / qvia ſubditus, ratione domicilii habitationis, ex ſolâ ejus translatione deſinit eſſe ſubditus; Hactenus habemus confitentes Diſſentientes, 109

tientes, inhabitâſſe qvondam Comites ac Barones provincias Saxonicas, & ſic domicilium habere; & concedere ſe, qvòd Landſaſſii ſint Ducum Saxoniæ omnes illi Comites ac Barones, qvi terras Saxonicas inhabitent, ſecus tamen eſſe in illis, qvi domicilium ſuum alibi tranſtulerint.

110 R. Qvod quis per alium facit, id ipſe feciſſe videtur; Dùm ergò Comites per præfectos ſuos ac miniſtros inhabitant
111 Bona illa Feudalia, ipſimet inhabitâſſe cenſentur. Inſtant
112 Diſſentientes: Ex ſolâ poſſeſſionis causâ non contrahi domicilium, ſed neceſſe eſſe, ut qvis unà cum habitatione animum declaret; Aſt hoc caſu Comites tantùm bona ſua per præfectos poſſidere, ideoqve non declarare, ſe per illos ibi domicilia ſua habere velle.

113 R. Animus domicilii ſatis declaratus fuit per Majores ipſorum, inhabitando feuda illa Saxonica; Qvùm ergò heres ſuc-
114 cedat in omne Jus, qvod defunctus habuit activè & paſſivè, indeqve non debeat melioris conditionis eſſe, qvàm auctor ipſius, à qvo jus in ipſum tranſiit. *l. 59. & l. 157. §. 1. d. R. J.* pateſcit certè, ipſum etiam teneri ſeqvi, ob bona, per ſucceſſionem ad illum translata, forum illud, qvod, ratione domicilii, contraxerunt Majores ejus. Ex qvibus infero:
115 Si Majores Comitum illorum per domicilium contraxerunt forum cum Electore & Ducibus in realibus & perſonalibus, ſeqvitur, qvòd hi, qvi ſuperſunt, id ipſum æqvè ſortiantur; Ratio conſeqventiæ, qvia ipſi non potuerunt aliter ſuccedere in bona illa, niſi cum eâ qvalitate, qvâ defunctus illa poſſedit. Atqvi defunctus poſſedit illa, ut Landſaſſius, qvemadmodum ſuprà ipſi confitentur Diſſentientes; Ergò & ipſi cum eâ qvalitate ſuccedere ac poſſidere debent, per principia Juris notiſſima, ſuprà adducta. Nil ergò efficiunt Diſſentientes cum reſponſionibus ſuis ad membrum Primum rationis noſtræ decidendi I.

Ad

Ad membrum (2.) rationis noſtræ decidendi I. excipiunt Diſſentientes,(1.) comparuiſſe qvidem Comites citatos ad Diætas Provinciales, non tamen, ùt merè ſubditos, ſed ùt vaſallos. Sed hæc facilè diluuntur tùm ex illis, qvæ paulò antè in §. præcedente, tùm ex iis, qvæ in Reſponſione II. ad Rationes dubitandi Diſſentientium propoſui, ubi firmiter oſtenſum eſt, illos eſſe abſolutè ſubditos Electorum & Ducum Saxoniæ. Qvæ prætereà in reſponſione ad hoc membrum adducuntur de prorogatione Judicis, comparuiſſe qvidem Comites ac Barones in Diætis Provincialibus, ſed ex prorogatione Judicis tacitâ, ſc. comparendo coram incompetente, illa imbecilli innituntur fundamento, deſumto iterum ab immediatâ Imperatoris ſubjectione, in cujus præjudicium non potuerint comparere, ut ſubditi, ſimpliciter ſic dicti. Aſt dubio huic jàm tùm ſatisfactum ſuprà, ubi ſolidè oſtenſum, creari nullum ex hâc ſubjectione & comparitione coram Dicaſteriis Saxonicis Imperatori, aut Cameræ Imperiali præjudicium. Secundum hæc itaqve falſiſſima eſt Minor argumenti, in hâc Diſſentientium reſponſione allati. Deindè etiam principium petunt Diſſentientes, argumentando ex prorogatione judicii ab incompetentiâ; illud enim qvæſtionis eſt, & hâc vice controvertitur, utrùm judex competens ſit, 116
necne. Ad (3.) Rationis noſtræ decidendi membrum excipiunt Diſſentientes, Comites illos appellare Electorem qvidem & Duces Saxoniæ Dominos Territorii ac Superiores, gnädige Erbherren und Landes-Fürſten/ ſed hoc fieri, vel reſp. bonorum feudalium, vel ex errore. Sed utrumqve refugium de nihilo eſt, & in ſuperioribus jàm tùm abundè proculcatum. Ac priori qvidem ſatisfactum eo ipſo, dùm oſtendi, ceſſare illam ſubjectionem limitatam in Comitibus ac Baronibus, feuda à Domo Saxonicâ recognoſcentibus, & eſſe illos purè & abſolutè ſubditos; priori pariter abundè ſatisfactum paulò ante in diluitione reſponſionum Diſſentientium ad membrum Primum rationis noſtræ decidendi Primæ, ubi probavi, errorem illum eſſe vincibilem ac proindè in jure noſtro inexcuſabilem. Sic ergò negatur conſeqventia in hoc argumento Diſſentientium. 117

Ad (4.) membrũ Rationis noſtræ decidendi reponunt Diſſentientes, 118
Comites ac Barones nõ teneri ſolvere collectas Electori ac Ducibus

Saxo-

Saxoniæ,qvia à collectis Imperii non ſint immunes,aut exemti,R
negando conſeqventiam,qvam ſatis refutat text. R. A. zu Augſpurg
de ann 1548.§.71. à me ſuprà in hoc ipſo membro 4.Ratiō. decidē-
di Primæ allegatus;Verba ſunt elegātia & expreſſa: Daß ſie/als Gra-
fē des Reichs/Ihrer Güter halbē/ſo ſie ohne Mittel im Reich habē/gleich-
wohl in des Reichs Anſchläge gezogen werden mögen / aber der Pfand-
ſchafften/ auch eigener/oder Lehn-Güter halber/ſo ſie von Sein. Liebden
und in derſelben Oeſterreichiſchen Erblanden haben/vom Reiche unbelä-
get bleiben ſollen. Ex qvo diſertiſſimo textu ad oculum patet,non im-
plicare contradictionem,ſolvere Collectas Imperio,ratione bonorū
Imperialium , & ſolvere easdem Statui alii, cui qvis,reſpectu aliorū
bonorū,abſolutè ſubjectus & Landſasſius ejus eſt. Qvæ porrò circa
idem membrū à Diſſentientibus diſputantur de Collectis,vi ac vi-
olētiâ,à Comitibus & Baronibus exactis,nō diſputo,qvia facti ſunt,
ideoqve ab allegantibus Diſſentientibus probari debent; Fortean
faciliùs adſeruntur,qvàm probantur. Sic ergò negatur minor in ar-
gumento,circa hoc membrum allato. Et poſito,in præjudiciū veri-
tatis autē nil conceſſo, Comites illos ac Barones rariſſimè ſolviſſe
Collectas Electori ac Saxoniæ Ducibus, ſufficeret, qvòd, vigore Re-
ceſs. Imperii,jàm jàm allegati, ad ſolvendum teneantur.
Deniqve prætermiſſâ ſilentio II. ad III. Decidendi rationē noſtram
119 reſpondent Diſſentientes,invertendo, & adſtruēdo,creari per ejus-
modi ſubjectionem abſolutam Statuum Immediatorum immenſū
Imperatori præjudicium. At nullū hîc ſubeſſe præjudicium, in Re-
ſponſione ad Rationem dubitandi Primam hujus Conſilii latiùs o-
ſtendi. Falſa itaqve eſt Minor argumenti adducti.
Qvocircà relinqvitur indubitatè, Comites, Barones ac Nobiles,
120 qvi tàm ratione perſonæ,qvàm bonorum Imperio immediatè ſub-
ſunt, & tamen qvædam feudalia bona à Sereniſſim. Electore & Sa-
xoniæ Ducibus recognoſcunt,eaqve vel ipſimet,vel per Præfectos ac
domeſticos ſuos poſſident,reſpectu illorum,in Provinciis Saxonicis
Forū ſortiri, ita,ut tâm in actionibus realibus,qvàm perſonalibus
coram judicio Aulico & Curiali,ſo wohl für der Regierung / als dem
Hoffgericht/conveniri poſſint ac ibidem ſtare teneantur.

CHR. PHIL. RICHTER. JC.

GLORIA TRIUNI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-40419-p0083-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-40419-p0084-8

Wf. 1200.

ULB Halle 3
004 967 615

Sb.

VD17

M. C.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-40419-p0085-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-40419-p0086-0

# CHRIS … LIPPI

# Rech … acken
# U …

**Ob und … vor der**
**Landesfürſt … tenburg/**
**und dero löbl … bten Hoff-**
**gericht zu Jeh … ct conveni-**
**ret und b … zu ſte-**
**he …**

Utrum Comi … am ratione
perſonæ, quàm … ſolunt, dem
H. Römiſchen … / & tamen
bona non quide … s. Electore,
vel Duce aliqu … pſimet, vel
per Præfectos a … tu illorum,
in Provinciis S … in actioni-
bus realibus … Aulico &
Curiali, … Hoff-
ge …

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-40419-p0087-5